¶ORARIVM SEV LIBELLVS Precationum per Regiam maiestatem, Latinè æditus.

(*)

1560.

Cum Priuilegio ad imprimendum solum.

This is John Fricet boke
witnes John Tanner
of St Androu foorth
and John [illegible]
and other [illegible]
[illegible]



Ianuarius habet. xxxi. dies.

3	A	Circumciſio Domini.	1
	b		2
11	c	Genouefæ virginis.	3
	d		4
19	e	Depo. Edvvardi Reg.	5
8	f	Epiphania Domini.	6
	g	Felicie & Ian.	7
16	A	Luciani preſ. cum ſo.	8
5	b	Iudoci.	9
	c	Pauli primi heremi.	10
13	d		11
2	e	Sol in Aquario.	12
	f	Hilarij epiſcopi.	13
10	g	Felicis presbyteri.	14
	A	Mauri & Iſidori.	15
18	b	Marcelli martyris.	16
7	c	Sulpitij epiſcopi.	17
	d	Priſcæ virginis.	18
15	e	Vlſtani epiſcopi.	19
4	f	Fabiani & Sebaſtiani.	20
	g	Agnetis virginis.	21
12	A	Vincentij martyris.	22
1	b	Emerentianæ virginis.	23
	c	Timothei.	24
9	d	Conuerſio Pauli apoſt.	25
	e	Policarpi martyris.	26

17	f	Iuliani confeſſoris.	27
6	g	Agnetis virginis.	28
	A	Valerij epiſcopi.	29
14	b	Batildis reginæ.	30
3	c	Saturni & Victoris.	31

Februarius habet . 28. dies.

11	d	Brigidæ virginis.	1
	e	Purificatio Mariæ.	2
19	f	Blaſij epiſcopi & martyris.	3
8	g	Gilberti confeſſoris.	4
	A	Agathæ virginis & martyris.	5
16	b	Vedaſti & Amandi.	6
5	c	Anguli epiſcopi.	7
	d	Pauli epiſcopi.	8
13	e	Appolloniæ virginis.	9
2	f	Scholaſtica virginis.	10
	g	Sol in piſcibus.	11
10	A	Eulaliæ virginis.	12
	b	Vlfranni epiſcopi.	13
18	c	Valentini epiſcopi.	14
7	d	Fauſtini.	15
	e	Iulianæ virginis.	16
15	f	Policronij epiſcopi.	17
4	g	Simeonis epiſcopi.	18
	A	Sabini & Iuliani.	19
12	b	Mildredæ virginis.	20
1	c	Sexaginta nouem martyris	21

	d	Cathedra Petri apostoli.	23
9	e	Policarpi episcopi.	24
	f	Mathiæ apostoli.	25
17	g		26
6	A	Alexandri episcopi.	27
	b	Augustini episcopi.	28
14	c	Osvvaldi episcopi & confes.	29

Martius habet .xxxi. dies.

3	d	Dauidis episcopi.	1
	e	Cedde episcopi & confessoris.	2
11	f	Maurini & Austeri.	3
	g	Adriani martyris.	4
19	A	Foce & Eusebi.	5
8	b	Victoris.	6
	c	Perpetue.	7
15	d		8
5	e	Quadraginta martyris.	9
	f	Equinoctium vernum.	10
13	g	Sol in Ariete.	11
2	A	Gregorij episcopi. Roma.	12
	b	Theodori martyris.	13
10	c	Petri martyris.	14
	d	Longini martyris.	15
18	e	Hylarij & Tacoani.	16
7	f	Patricij episcopi.	17
	g	Edvvardi regis.	18
15	A	Ioseph sponsi Mariæ.	19

4	b	Cuthberti episcopi.	20
	c	Benedicti abbatis.	21
12	d	Affrodosij episcopi.	22
1	e	Theodori presbyteri.	23
	f	Agapiti martyris.	24
9	g	Annunc. Mariæ virgi.	25
	A	Castoris marty.	26
17	b		27
6	c	Dorotheæ virginis.	28
	d	Victorini.	29
14	e	Quirini martyris.	30
3	f	Adelmi episcopi.	31

Aprilis habet. xxx. dies.

	g	Theodoræ virginis.	1
11	A	Mariæ Ægyptiacæ.	2
	b	Richardi confessoris	3
19	c	Ambrosij episcopi.	4
8	d	Martiniani epi. mar.	5
16	e	Sixti episco, & mart.	6
5	f	Euphemie.	7
	g	Egesippi sociorumq;.	8
13	A	Perpetui episcopi.	9
2	b	Passio septem virginis.	10
	c	Guthliaci confessoris.	11
10	d	Sol in Tauro.	12
	e	Eufemiæ virginis.	13
18	f	Tiburcij.	14

7	g	Osvvaldi archiepisco.	15
	A	Isidori episcopi.	16
15	b	Aniceti episcopi Roma.	17
4	c	Eleutherij & Anthi.	18
	d	Alphegi martyris.	19
12	e	Victoris martyris.	20
1	f	Simonis martyris.	21
	g	Sotheris.	22
9	A	Georgij martyris.	23
	b	Vlfridi confessoris.	24
17	c	Marci Euangelistę.	25
6	d	Cleti episcopi. Ro.	26
	e	Anastasij episcopi. Ro.	27
14	f	Vitalis martyris.	28
3	g	Petri Medialanensis.	29
	A	Deposit. Erken. episco.	30

Maius habet. xxxi. dies.

11	b	Philippi & Iacobi.	1
	c	Athanasij episcopi.	2
19	d		3
8	e		4
	f	Godardi.	5
16	g	Ioannis ante port. lati.	6
5	A	Ioan. de Beuerlaco.	7
	b		8
13	c		9
2	d	Gordiani & Epima.	10

	e	Anthonij martyris.	11
10	f	Sol in Gemini.	12
	g	Seruasij confessoris.	13
18	A	Bonifacij martyris.	14
7	b	Isydori martyris.	15
	c	Brandani episcopi.	16
15	d		17
4	e	Dioscori martyris.	18
	f	Dunstani episcopi.	19
12	g	Bernardini.	20
1	A	Helenæ reginæ.	21
	b	Iulianæ virginis.	22
9	c	Desyderij martyris.	23
	d		24
17	e	Aldelmi episcopi.	25
6	f	Augustini angl. episcopi.	26
	g	Bede presbyteri.	27
14	A	Germani episcopi.	28
3	b	Coronis martyris.	29
	c	Felicis episcopi. Roma.	30
11	d	Petronille virginis.	31

Iunius habet. xxx. dies.

	e	Nichomedis martyris.	1
19	f	Marcellini martyris.	2
	g	Erasmi episcopi.	3
16	A	Petrocij confessoris.	4
5	b	Bonifacij episcopi. Rom.	5

	c	Mellonis archiepiſcopi.	
13	d		7
2	e	Gulielmi archiepiſcopi.	8
	f		9
10	g	Æſtas incipit.	10
	A	Barnabæ apoſtoli.	11
18	b	Sol in Cancro.	12
7	c	Solſtitium Æſtiuale.	13
	d		14
15	e	Viti & Modeſti.	15
4	f		16
	g	Botulphi confeſſoris.	17
12	A	Marci & Marcelliani.	18
1	b	Geruaſij & Prothaſij.	19
	c		20
9	d	VValburgæ virginis.	21
	e	Albani martyris.	22
17	f	Etheldredæ virginis.	23
6	g	Natiui. Ioannis baptiſte.	24
	A		25
14	b	Ioannis & Pauli martyris.	26
3	c	Creſcentis.	27
	d	Leonis epiſcopi. Roma.	28
11	e	Petri apoſtoli.	29
	f	Commemora. pauli.	30

19	g		1
8	A	Viſitatio mariæ virginis.	2
	b		3
16	c		4
5	d	Zoæ virginis & marty.	5
	e	Dies Caniculares incipiunt.	6
13	f		7
2	g		8
	A	Cyrilli epiſcopi.	9
10	b	Septem fratrum mart.	10
	c	Benedicti abbatis.	11
18	d	Naboris & Felicis.	12
7	e	Priuati martyris.	13
	f	Sol in Leone.	14
15	g	Svvithini & ſociorum.	15
4	A		16
	b	Kenelmi regis.	17
12	c	Arnulphi epiſcopi.	18
1	d	Rufinæ & Iuſtinæ.	19
	e	Margaretæ virginis.	20
9	f	Praxedis virginis.	21
	g	Mariæ Magdalenæ.	22
17	A	Appollinaris epiſco.	23
6	b	Chriſtinæ virginis.	24
	c	Iacobi apoſtoli.	25
14	d	Annæ matris Mariæ.	26

3	e	Septem dormientium.	27
	f	Sampſonis epiſcopi.	28
11	g	Felicis & ſociorum.	29
19	A	Abdon & Sennes.	30
	b	Germani epiſcopi.	31

Auguſtus habet .xxxi. dies.

8	c	Petri ad vincula.	1
16	d	Stephani epiſcopi. Ro.	2
5	e		3
	f	Iuſtini presbyteri.	4
13	g		5
2	A	Transfigu. Domini.	6
	b	Feſtum nominis Ieſu.	7
10	c	Cirici ſociorumq;.	8
	d	Romani martyris.	9
18	e	Laurentij martyris.	10
7	f	Tiburci martyris	11
	g	Claræ virginis.	12
15	A	Ipoliti & ſociorum.	13
4	b	Sol in virgine.	14
	c		15
12	d	Rochi martyris.	16
4	e		17
	f	Agapeti martyris.	18
9	g	Magni martyris.	19
		Ludouici epiſcopi.	20
17	b	Bernardi confeſſoris.	21

6	c		22
	d	Timothei & Apostoli.	23
14	e	Bartholomæi apostoli.	24
3	f	Ludouici Regis.	25
	g	Seuerini.	26
11	A	Ruffi martyris.	27
19	b	Augustini episcopi.	28
	c	Decolatio Ioannis.	29
8	d	Felicis & Audacti.	30
	e	Paulini episcopi.	31

September habet .30. dies.

16	f	Egidij abbatis.	1
5	g	Anthonij martyris.	2
	A		3
13	b		4
2	c	Bertini abbatis.	5
	d	Eugenij confessoris.	6
10	e		7
	f	Natiuitas Marie virginis.	8
18	g	Æquinoct. autumnalæ.	9
7	A	Sol in Libra.	10
	b	Prothi & Iacincti.	11
15	c	Martiniani episcopi.	12
4	d	[illegible]	13
	e		14
12	f		15
1	g	Edithæ virginis.	16

	A	Lamberti episcopi.	17
9	b	Victoris & Coronæ.	18
	c	Ianuarij martyris.	19
17	d	Eustachij.	20
6	e	Mathæi apostoli & euan.	21
	f	Mauricii & sociorum.	22
14	g	Tecle virginis.	23
3	A	Andochij martyris.	24
	b	Firmini episcopi.	25
11	c	Cypriani & Iustinæ.	26
19	d	Cosme & Damiani.	27
	e	Exuperij episcopi.	26
8	f	Michaelis archangeli.	27
	g	Hieronimi presbyteri,	28

October habet. xxxi. dies.

16	A	Remigij & Bauonis.	1
5	b	Leodegarij episcopi.	2
13	c	Candidi martyris.	3
2	d	Francisci confessoris.	4
	e	Apolinaris martyris.	5
10	f	Fidis virginis.	6
	g	Marci & Marcellini.	7
18	A	Pelagiæ virginis.	8
7	b	Sol in Scorpione	9
	c	Gereonis & sociorum.	10
15	d	Nichasij episcopi & marty.	11
4	e	VVilthfridi episcopi.	12

f · 13
12 g Calixti episcopi. Ro. 14
1 A Vlfranni episcopi. 15
b 16
9 c Etheldredæ virginis. 17
d Lucæ euangelistæ. 18
17 e Fredesvvide virginis 19
6 f Austreberte virginis. 20
g Vndecim mil. virginis. 21
14 A Marie Salome. 22
3 b Romani episcopi. 23
c Maglorij episcopi. 24
11 d Crispini & Crispinia. 25
19 e Euaristæ episcopi Ro. 26
f Florentij martyris. 27
8 g Symonis & Iudæ. 28
A Narcisci episcopi. 29
16 b Germani & Capuai. 30
5 c Quintini episcopi. 31

Nouember habet. xxx. dies.

d Festum omnium sanctorum. 1
13 e 2
2 f VVenefredæ virginis 3
g Amantij & Vitalis. 4
10 A Leti presbyteri. 5
b Leonardi abbatis. 6
18 c VVillibrodi archiep. 7

7	d	Sol in Sagittario.	8
	e	Theodori.	9
15	f	Martini epiſcopi.	10
4	g	Martini epiſcopi.	11
	A	Paterni martyris	12
12	b	Bricij epiſcopi.	13
1	c	Tranſl. Erkenvvaldi.	14
	d	Machuti epiſcopi.	15
9	e		16
	f	Hugonis epiſcopi.	17
17	g		18
6	A	Elizabethæ matro.	19
	b	Edmundi regis.	20
14	c	Præſentatio mariæ.	21
3	d	Ceciliæ virginis.	22
	e	Clementis epiſcopi.	23
11	f	Griſogoni martyris.	24
19	g	Katherinæ virginis.	25
	A	Lini epiſcopi Roma.	26
8	b	Agricolæ & Vitalis.	27
	c	Rufi martyris.	28
16	d	Saturnini.	29
5	e	Andræ apoſtoli.	30

December habet. xxxi. dies.

	f	Eligii epiſcopi.	1
13	g	Libanij.	2
2	A	Barbaræ virginis.	3
10	e	Oſmundi epiſcopi.	4

	e	Sabbe abbatis.	5
18	d	Nicolai episcopi.	6
7	e	Sol in Capricorno.	7
	f	Conceptio Mariæ virginis.	8
15	g	Solstitium hybernum.	9
4	A	Eulaliæ virginis.	10
	b	Damasci episcopi. Ro.	11
12	c	Pauli episcopi.	12
1	d		13
	e	Othile virginis.	14
9	f	Valerij episcopi.	15
	g		16
17	A	Lazari episcopi.	17
6	b	Gracia̅ni episcopi.	18
	c	Venesiæ virginis.	19
14	d	Iulij martyris.	20
3	e	Thomæ apostoli.	21
	f	Triginta martyrum.	22
11	g	Victoriæ virginis.	23
19	A	Sanctarum virginis 40.	24
	b	Natiuitas Domini.	25
8	c	Stephani prothomar.	26
	d	Ioannis Euangelistæ.	27
16	e	Sanct. Innocentium.	28
5	f		29
	g		30
13	A	Siluestri episcopi. Ro.	31

CATHECHISMVS HOC EST INSTRVCTIO à ſingulis infantibus perdiſcenda priuſquam per Epiſcopum confirmentur.

Quæſtio.

Quo nomine vocaris?

Reſponſio.

N. vel M.

Quæſtio.

Vnde hoc nomen accepiſti?

Reſponſio.

A ſuſceptoribus meis in Baptiſmo, in quo & Chriſti membrum, diuina progenies, & regni cœleſtis cohæres fui effectus.

Quæſtio.

Dic quid eſt quod iſti tui ſuſceptores ibi pro te fecerũt.

Reſponſio.

Tria meo nomine ſunt policiti.

Primò, vt ego diabolo ipſi, cum omnibus operibus et pompis eius, renun-

tiarem: ſimiliter vt ſingulis huius vitæ vanitatibus, cunctiſq; carnis voluptatibus valedicerem. Secundo vt vniuerſis fidei chriſtianæ articulis indubitanter crederem. Tertiò, vt diuina placita atq; mandata ſeruarem, ambularémq; in eiſdem cunctis diebus vitæ meæ.

Quæſtio.

Putaſne tuum eſſe ea omnia tum credere tum facere, quę iſti pro te olim ſunt profeſſi?

Reſponſio.

Etiam certò. Et aſsiſtente diuino numine: ſic faciam. Patríq; noſtro cœleſti gratias ago, ex intimo cordis promanentes: quod per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM ad iſtam ſaluationis dignitatem, me vocare dignatus ſit. Atq; à Deo Optimo Maximo, precibus aſsiduis peto, vt eius adiutus gratia iugiter in ea ſim, vſque ad finem huius meæ vitæ.

Quæſtio.

Potiſne

Potiſne es recitare articulos tuæ fidei? audiam, Recita.

Reſponſio.

CRedo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicũ Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt per ſpiritum ſanctum, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pontio Pilato. Crucifixus, mortuus & ſepultus, deſcendit ad inferos. Tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos, Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt, iudicare viuos & mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionẽ, remiſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam.

Quæſtio.

Quæ ſunt præcipua, quę in hiis fidei tuę articulis docentur?

Reſponſio.

PRincipio in Deum Patrem qui me totámq; mundi machinã creauit: credere diſco. Deinde in Deum filium qui me totúmq; genus humanum redemit. Poſtremò in Deum ſpiritũ ſanctum, qui me & omnes electos Dei ſanctificauit.

Quæſtio.

Dicebas ſuſceptores tuos pro te promiſiſſe fore vt mandata Dei ſeruares. Dic mihi quot ſunt?

Reſponſio.

Sunt numero decem.

Quæſtio.

Quę ſunt illa?

Reſponſio.

EAdem quę Dominus loquutus eſt in viceſimo Exodi capite, vbi ait. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti è domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, aut ſimilitudinem rei alicuius in cœlo ſur

ſum

ſum, aut in terra deorſum ſiue in aquis ſub terra: non adorabis ea neq; coles. Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millibus qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Non aſſumes nomen domini Dei tui in vanum: non enim erit inſons coram Domino qui vſurpauerit nomen domini Dei ſui fruſtra. Memento vt diē Sabbathi ſanctifices Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui eſt, non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diei ſeptimo & ſanctificauit eum. Honora patrem tuū & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram quam Dominus Deus tuus da-

bit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domũ proximi tui, nec desyderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Quæstio.

Quę sunt precipua que in istis preceptis discis?

Responsio.

Duo ex his percipio. Primò, officium meum erga Deum. Deinde erga proximum.

Quæstio.

Quodnam est illud tuũ officium erga Deum?

Responsio.

Hoc est obsequium quod debeam deo præstare: Vt in eum credam, vt illum timeam, totóq; corde, mente, & anima, insuper viribus vniuersis diligam. Vt ipsum colam, ipsi gratias agam, & in

in eo ſpem omnem collocem. Vt eundem inuocem, noménq; eius ſanctum, cū ſacroſancto eius ſermone reuerear, & illi cunctis diebus vitæ meæ ſubſeruiam.

Quæſtio.

Quid officii habes erga proximum?

Reſponſio.

VT eum perinde diligam atque meipſum: Vt ſingulis faciam quod mihi fieri cupiam. Vt parentes honore & auxilio afficiam. Vt Regiæ maieſtati eiúſq; miniſtris omnibus cum honore obediam. Vt memet pædagogis meis omnibus, didaſcalis, ſpiritualibus paſtoribus & Dominis, ſubijciam. Vt omni humili reuerentia, prępoſitis meis omnibus memet ſubijciam. Vt verbo factóue nemini noceam. Vt verus & iuſtus in omnibus actionibus meis reperiar. Vt in corde meo nullā malitiam odiumue foueam. Vt manus meas à furto & fraude cohibeam, inſuper & linguā à ma-

ledicentia, mendatio, & obloquio refrenam. Vt corpus meum in temperantia, sobrietate, & castitate custodiam. Vt aliena non concupiscam. Sed vt diligenter discam, fideliterq; laborem, proprium acquirere victum, & meas partes agere, in eo vitæ genere ad quod me diuina clemētia vocauerit

Quæstio.

Mi fili, hoc sit tibi notū. Tuo marte hęc prestare non potes, neq; in diuinis mandatis ambulare, & numini inseruire, si nō fueris speciali eius gratia adiutus, Quā oportet vt discas, ab eo precibus assiduis petere. Audiam igitur. Potin' Dominicam recitare precationem?

Responsio.

PAter noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Panē nostrū

ſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Quæſtio.

Quid petis à Deo in hac precatione Dominica?

Reſponſio.

A Domino deo, patre noſtro cœleſti, omnium bonorum datore, peto, vt ſpiritu ſuæ gratiæ mihi cunctíſque populis miſſo, illum adoremus, illique ſeruiamus, & debitè obediamus. Præterea, Deo ſupplico vt det nobis omnia, tum animæ tum corpori neceſſaria. Item, vt nobis propitius, peccata noſtra remittat, & vt in omnibus animæ & corporis periculis defendere & ſeruare dignetur. Poſtremò, vt ab omni peccato & iniquitate nos ſeruet, & ab inimico illo ſpirituali & ęterna morte conſeruet. Hæc illum ex ſua bonitate facturum ſpero, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et ideò dico. Amen. Ita fiat.

PRECATIO MATVTINA.

DEVS mi, Pater mi, & Seruator, qui gratia erga me tua effecisti, vt transacta nocte ad hunc diem peruenirem: fac etiam, vt ipsum totum in sanctissimi numinis tui cultu & veneratione consumã. Nihil omnino aut cogitem, aut dicam, aut faciam, quod eò non tendat. vt tibi obsequar, & volũtati tuę morem geram: quò scilicet actiones omnes meæ referãtur ad gloriam tui, atque fratrũ meorum salutem: dum exemplo meo ad te colendum instruẽtur. Atque vt mundũ hunc, ad vitæ externæ vsus, Solis tui splendore illuminas: ita fulgore spiritus tui, mẽtem meã illustra, qui me in via iustitiæ tuæ dirigat. Quamcunque ad rem applicem animum meum, is mihi semper sit propositus finis, vt tibi, honoríque tuo inseruiam. Omnem felicitatem à gratia & beneficentia tua sola expectem. Nec quicquam omnino aggrediar, quod tibi gratum non sit. Effice præterea, vt dum huius vitæ tuendæ causa laboro,

&

& ea curo quæ ad victũ & cultum corporis pertinent: altius tamen erigam animum, ad beatam nempe & cœleſtem vitam, quam filiis tuis promiſiſti. Nihilominus, tã animæ quàm corporis protectorem te mihi exhibendo, aduerſus omnes Sathanæ inſultus me confirmes ac munias, & ab omnibus periculis, quæ nobis aſsiduè in hac vita impendent, liberes. Adhæc, cùm parũ ſit cœpiſſe, niſi perſeuerem, ideo à te peto Domine, ne mihi in hodiernum diem tantùm dux ſis ac rector, ſed vſque ad vitæ finem me in tuam fidem ſuſcipias, quò ſub tuis auſpicijs, totus vitæ meæ curſus tranſigatur. Et quia proficiendum nobis eſt, gratię in me tuę dona adauge indies, tantiſper dum penitus adhæream Filio tuo, IESV Chriſto. Quem verũ Solẽ lucẽtẽ perpetuò in animis noſtris meritò appellamus. quę tot tãtáq; beneficia, vt abs te obtineã, obliuiſcere delictorũ meorũ, eáq;, infinita miſericordia tua remitte: quod te facturũ promiſiſti iis qui te ex animo inuocauerint. Amẽ.

SVB noctem, quum itur dormitum,

Precatio.

DOMINE Deus, qui noctē destinasti hominis quieti, sicut diem creasti, in quo se laboribus exerceat: effice quæso, vt sic quiescat hac nocte corpus meum, ne animus interea vigilare tibi desinat: ne fathiscat cor, aut torpore obruatur, quin sēper erectum in amore tui perstet. Ita laxandi, subleuandíque animi gratia, solicitudines deponam, ne tui interea obliuiscar: aut memoria mea excidat, quæ penitus menti meæ inhærere semper debet, bonitatis & gratiæ tuæ recordatio. Hoc quoque modo sicuti quiescit corpus, ita etiam sua quiete cō sciētia mea fruatur. Fac præterea ne in capiendo somno carnis delicijs indulgeam: sed tantū mihi concedam, quantum naturæ huius imbecillitas postulat quò deinde ad te colendū sim expeditior. Denique sic castum me & impollutum, non animo minus quàm corpore, & à periculis omnibus tutū seruare velis, vt ipse quoque somnus meus in nominis tui gloriam cedat. Quoniam verò dies hic elapsus mihi non est, quin pluri-

pluribus te modis, qua ſum in malum propenſione, offenderim: ſicut tenebris noctis omnia nunc obtegun-tur, ita quicquid eſt in me peccatorum miſericordia tua ſepultum lateat. Exaudi me Deus, Pater & Seruator, per Ieſum Chriſtum filium tuum. Amen.

Benedictio menſę.

OMnia ad te reſpiciunt Domine, & tu das illis eſcam tempore: te illis dante, colligunt: te manum aperiente, omnia implentur abundantia. Amen.

Poſt paſtum gratiarum actio.

GRatias agimus Deus ac Pater, de tot beneficiis, quæ nobis aſsiduè pro infinita tua benignitate largiris. Primùm, quod omnia, quibus ad ſuſtinendam præſentem vitam indigemus, adminicula ſuppeditando, corporis etiam noſtri curam te habere demõſtras: tum verò præcipuè quod in ſpem melioris vitæ, quam nobis ſacro tuo Euangelio reuelaſti, nos regignere dignatus ſis. Téque oramus, ne mentes

noſtras

noſtras in corporibus ſepultas, curis & cogitationibus terrenis affigi patiaris. Quin potius effice, vt ſurſum erecti perſtemus in expectatione Chriſti Filii tui, donec è cœlo in redemptionẽ, ſalutémque noſtram appareat. Amen.

Generalis confeſsio, ab vniuerſa congregatione dicenda, genibus flexis.

OMnipotens & clementiſsime Pater, tãquam oues perditæ peregrinati ſumus, & à vijs tuis aberrauimus. Inuentis & cõcupiſcentiis cordis noſtri nimium indulſimus: Sacroſanctas leges tuas violauimus. Quæ à nobis facienda fuerãt omiſimus, & quæ facienda non fuerant admiſimus. In nobis nulla eſt ſalus. Quapropter, ô Domine, propitius eſto nobis miſerrimis peccatoribus. Parce, ô Deus peccata ſua confitentibus: miſericordiam concede reſipiſcentibus, iuxta promiſſiones tuas humano generi in Chriſto Ieſu Domino noſtro benigniſsimè reuelatas. Amplius etiam concede nobis, ô cle-

Abſolutio.

ô clementiſsimè Pater, propter filium tuum & ſeruatorem noſtrũ Ieſum Chriſtum, vt poſthac piè, iuſtè, ſobriéque vitam noſtrã inſtituamus, ad ſanctiſsimi tui nominis gloriam. Amen.

Abſolutio per Miniſtrum ſolum pronuncianda.

OMnipotens Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui non vult mortem peccatis, ſed potiùs vt recedat à malis ſuis moribus & viuat: deditque poteſtatem ſuis miniſtris, imò præcipit, vt populo ſuo pœnitenti, abſolutioné, remiſsionémque peccatorũ ſuorũ planè annũciarent: ipſe ſingulis verè pœnitentibus, & ſacroſancto Euangelio haud fictè credentibus, condonat eoſque certiſsimè abſoluit. Rogamus ergo, vt ille nobis verã pœnitentiã largiatur, ſanctũque ſuũ ſpiritũ impartiat, vt quod hoc tempore agimus, id illi totum placeat: & reliqua etiam noſtra vita adeò pura ſit in hoc mundo, & ſancta, vt in futuro gaudium cõſequamur æternum, per Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Francisci Setl

Oratio Dominica.

PATER noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrū quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit laudem tuam.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Alleluya.

Pſalmus. xciiii.

Canticum excitans laudandum Deum.

VEnite exultemus domino, iubilemus deo ſalutari noſtro : preoccupemus faciem eius in confeſsione, & in pſalmis iubilemus ei.
Quoniam deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos, quoniã non repellit dominus plebem ſuã, quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe cõſpicit.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerũt manus eius : venite adoremus & procidamus ante deum ploremus corã domino qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus deus noſter, nos autẽ populus eius, & oues paſcuæ eius.
Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic. & dixi ſemper hi errãt

corde, ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Gloria patri. &c. Sicut erat. &c.

Antiphona.

Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

Hymnus.

IAm lucis orto sydere,
Deum precemur supplices:
Vt in diurnis actibus,
Nos seruat à nocentibus.
Linguam refrenans temperet
Ne litis horror insonet:
Visum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Absistat & vecordia.
Carnis terat superbiam,
Potus cibíq; parcitas.
Vt cum dies abcesserit,
Noctémq; sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam,
Ipsi canamus gloriam. Amen.

Psalmus viii.
De laude, honore, & gloria Christi.

DOmine dominus noster, q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti.
Quid est homo ꝙ memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora campi.
Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.
Domine dominus noster q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc. &c.

De gloria Dei quæ in creaturis elucet,
& de lege ſacroſancta.

COeli enarrant gloriam Dei, & o-
pera manuum eius annunciat fir Pſalm,18.
mamentum.
Dies diei eructat verbum, & nox no-
cti indicat ſcientiam.
Non ſnnt loquelæ neq; ſermones: qui-
bus non andiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum:
& in fines orbis terræ verba corum.
Soli poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe
tanquam ſponſus procedens de thala-
mo ſuo.
Exultauit vt gygas ad currẽdam viam,
ab imo cœlo egreſsio eius.
Et recurſus eius vſq; ad extremũm eius
nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.
Lex Domini immaculata conuertens
animas: teſtimonium Domini fidele,
ſapientiam præſtans paruulis.
Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes cor
da præceptum Domini lucidum illu-

minans oculos.

Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi, iudicia domini vera iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum.

Etenim seruus tuus admonetur per ea in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & a superbiis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emũdabor à delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dominus adiutor meus, & redemptor meus.

Gloria patri, & filio. &c.

Sicut erat in principio. &c.

Psalmus. xxiii.

¶De illorum innocentia qui cœlum petituri sunt: & de Christi resurrectione.

DOmini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina pręparauit eum.

Quis ascendit in mõtem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suã: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiã à deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum: querentium faciem dei Iacob.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales: & introibit rex glorię.

Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.
Gloria patri & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Antiphona.

BEati mites quoniam ipsi hæreditabunt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
Pater noster qui es in cœlis. &c.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.

Benedictio.

Benedictione perpetua benedicat nos pater æternus. Amen.

Lectio prima. Ex prouerb. Salomonis.

TImor Domini initium sapientię. Fili mi, si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Misericordia & veritas te nō deserant. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam coram deo & hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde

de tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum. Disciplinam Domini, fili mi ne abijcias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corripit. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius. Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans imaginationes pessimas. Pedes veloces ad currendum ad malum, proferentem mēdacia, testem iniquum, & eum qui seminat inter fratres discordiam. In multiloquium non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Responsio mollis frangit iram. Sermo durus suscitat iram. Indignatio Regis, nuncii mortis, & vir sapiens placabit illam. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suā reddet ei. Facere misericordiam & iudiciū magis placet Domino, quàm victimæ. Qui obturat aurem suam, ad

clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Audi patrem tuũ, qui genuit te, & ne contẽpnas cum senuerit mater tua. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas cito in iurgio ne postea emendare non possis, cũ dehonestaueris amicum tuum. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus, qui autem sectatur otium, replebitur egestate. Virga, atq; correctio, tribuit sapiẽtiam, puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. Hec dicit Dominus, cõuertimini ad me, & salui eritis.

LECTIO secunda.

Luc.1. MIssus est Gabriel a deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth ad virginem desponsatã viro, cui nomẽ erat Ioseph de domo Dauid & nomẽ virginis Maria. Et ingressus angelus ad eã dixit. Aue gratia plena Dominus tecũ benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est

in

in ſermone eius,& cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria,inueniſti gratiam apud deum. Ecce,concipies in vtero,& paries filium,& vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus:& filius altiſsimi vocabitur, & dabit illi Dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud,quoniam virum non cognoſco. Et reſpondens Angelus,dixit,ſpirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua,& ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis ſextus eſt illi que vocatur ſterilis, quia non erit apud impoſsibile omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini Fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Hęc dicit dominus deus conuertimini ad me, & ſalui eritis.

Lectio

LECTIO tertia.

Omnis anima potestatibus subli-
Rom.13. mioribus subdita sit. Non enim
est potestas nisi à deo. Quæ vero
sunt potestates à Deo ordinatæ sunt.
Itaq; quisquis resistit, Dei ordinationi
resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi
damnationem acquirunt. Viri diligite
uxores vestras, & nolite esse amarulen-
Coloss.3. ti aduersus illas: cohabitate cũ illis se-
cũdum scientiam, quasi infirmiori vasi
1, Petr, iii, muliebri impartientes honorẽ: vxores
viris subditę sint in omnibus sicut dño
quemadmodũ Sara obediuit Abrahæ
dominũ illum appellans. Vir enim ca-
Ephe. 5. put mulieris est, sicut Christus caput
est ecclesiæ. Patres, nolite prouocare
Ephes.6. filios vestros, sed educate eos discipli-
na & correctione domini. Filii obedi-
te parentibus vestris in domino. Hoc
enim iustum est. Honora patrem tuum
& matrem tuam, quod est mandatum
primum in promissione, vt bene sit ti-
bi, & sis longęuus super terram. Serui,
obedite dominis vestris carnalibus cũ
timore & tremore, non responsatores,
non

non ſuffurantes, non ad oculum ſolum ſeruiẽtes, quaſi hominibus placere volentes, ſed cum ſimplicitate cordis veſtri, tanq̃ ſerui Chriſti, facientes voluntatem dei ex animo, tanquam domino et non hominibus, hoc ſcientes quod vnuſquiſq; fecerit boni, hoc recipiet à domino. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem, timorem, cui hono- Rom. xiii. rem, honorem. Diligite proximos veſtros ſicut vosipſos. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Hæc dicit dominus Deus, conuertimini ad me, & ſalui eritis.

¶ Laus dei patris & filij & Spiritus ſancti.

TE Deum laudamus: te dominum confitemur.

Te æternum patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi cœli, & vniuerſę poteſtates.

Tibi Cherubin, & Seraphin inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: dominus deus Sabaoth.

Pleni ſunt cœli & terra, maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus apoſtolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus: laudat exercitus.

Te per orbem terrarum ſancta confitetur eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis.

Venerandum tuum verum, & vnicum filium.

Sanctum quoq; paracletum ſpiritum.

Tu rex gloriæ Chriſte.

Tu patris ſempiternus es filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram dei ſedes in gloria patris.

Iudex crederis eſſe venturus.

Te ergo quæſumus famulis tuis ſubueni, quos precioſo ſanguine redemiſti.

Æterna fac cum ſanctis tuis in gloria

numerari.
Saluum fac populum tuum domine, & benedic hęreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos vsq; in æternum.
Per singulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.
Dignare domine die isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri dñe, miserere nostri.
Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.
In te domine speraui, non confundar in æternum.
DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri & filio, &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.
Psalmus. lxviij.

Oratio ad impetrandum gratiam & scientiam dei, vt laus eius per totum orbem diuulgetur.

Deus

DEus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suũ super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus noster, benedicat nos deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria patri & filio & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Daniel .iii.

Canticum trium puerorum qui in fornace perambulantes deũ magnificabant.

BEnedicite omnia opera Domini domino: laudate & super exaltate eum in sæcula.

Bene-

Benedicite angeli domini domino: benedicite cœli domino.

Benedicite aquę omnes quæ super cœlos sũt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol & luna domino: benedicite stellæ cœli domino.

Benedicite hymber & ros domino: benedicite omnes spiritus dei domino.

Benedicite ignis & estus domino: benedicite frigus & estas domino.

Benedicite rores & pruina domino: benedicite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies & niues domino: benedicite noctes & dies domino.

Benedicite lux & tenebrę domino: benedicite fulgura & nubes domino.

Benedicat terra dominum: laudet & super exaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles domino: benedicite vniuersa germinãtia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino.

Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis domino: benedicite omnes

volucres cœli domino.

Benedicite omnes bestię & pecora domino: benedicite filij hominum dño.

Benedicat Israël dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino.

Benedicite spiritus & animæ iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde domino.

Benedicite Anania Azaria misaël dño: laudate & superexaltate eum in sęcula.

Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. Amen.

Psalmus. cxlviii.

Omnes creaturæ ad dei laudem excitantur.

LAudate dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum

omnes

omnes ſtellæ & lumen.

L audate eum cœli cœlorum: & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini.

Q uia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mādauit & creata ſunt.

S tatuit ea in æternū & in ſæculū ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit.

L audate dominum de terra dracones & omnes abyſsi.

I gnis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum quæ faciunt verbum eius.

M ontes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes Cedri.

B eſtiæ & vniuerſa pecora, ſerpentes & & omnes volucres pennatæ.

R eges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ.

I uuenes & virgines ſenes cum iunioribus, laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

C onfeſsio eius ſuper cœlum & terrā: & exaltauit cornu populi ſui.

H ymn⁹ oīb⁹ ſctīs ei⁹: filijs Iſraël populo appropīquāti ſibi. G loria patri. &c.

S icut erat. &c. Antiphona.

Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequantur.

Hymnus.

ALes diei nuncius,
Lucem propinquam præcinit
Nos excitator mentium,
Iam Christus ad vitam vocat.
Iesum ciamus vocibus,
Flentes, precantes sobriè.
Intenta supplicatio,
Dormire cor mundum vetat.
Tu Christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula:
Tu solue peccatum vetus,
Nouùmq; lumen ingere. Amen.

Canticum Zachariæ.

Gratiarum actio ob præstitum dei promissum.

Luce. 1. BEnedictus dominus deus Israël quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui à sæculo sunt, prophetarum eius,

Salutem ex inimicis nostris: & de manu

uu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Iusiurādum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi,
In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini, parare vias eius.
Ad dandā scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiæ dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Gloria patri & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Antiphona.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem in die mala liberabit eū dn̄s.

Versiculus.

 Osten-

Ostende nobis domine misericordiã tuam.

Respons.

Et salutare tuum da nobis.

Oremus.

OMnipotens deus qui dedisti nobis filiũ tuũ, vt esset & sacrificiũ pro peccato & exemplum noue & eternæ vitæ, da vt gratis mentibus hoc inestimabile beneficium agnoscẽtes exempla vitę ipsius sanctissimę perpetuo imitari studeamus. Per eundem nosttum Iesum Christũ filium tuũ: qui viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

De Spiritu sancto.

Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Oremus.

DEus qui corda fidelium: sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper ~~semper~~ sancta con-

consolatione gaudere . Per Christum dominum nostrum. Amen.

De Trinitate.

Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, verbum, & Spiritussanctus, & hi tres vnum sunt.

Oremus.

OMnipotẽs sempiterne deus, qui dedisti nobis famulis tuis in cõfessione verę fidei æternæ trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quęsumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. In qua viuis & regnas deus . Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Versiculus.

Domine saluam fac Reginam.

Respons.

Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Oremus.

DOmine Pater celestis Rex regũ & dominator dominãtium, omniũ principum gubernatur & rector, intimus votis supplices quæsumus Reginam nostram Elizabetam,

 benigno

benigno vultu respicias, eiq; singulari gratia & spiritu sancto ita semper assistere digneris vt volũtatem tuam vbiq; exequatur, & secundum saluberrimam normã mandatorum tuorum omnem vita transigat. Accumula in illam cœlestia tua dona, vt diu fœliciter nobis imperet, hostes fortiter deuincat, tandemq; tecum in cœlesti gloria viuat inæternum. Qui viuis & regnas deus. Per omnia sęcula sęculorum. Amen.

¶ Pro Pace.

Da pacem domine in diebus nostris, quia nõ est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu solus domine deus noster.

Oremus.

DEus à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum dominum nostrum. Amen.

¶ De Passione.

Chri-

CHriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquēs exemplū, vt ſequamur veſtigia ipſius: qui peccatum non fecit, neq; dolus inuentus eſt in ore eius. Verſiculus. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi. Reſponſ. Quia ab afflictione mūdū redemiſti.

Oremus.

OMnipotens deus & cœleſtis pater, immenſam bonitatem tuam pręcamur, vt quemadmodū vnigenitus & chariſsimus tuus filius ſaluator noſter Ieſus Chriſtus, pro ſacroſancta voluntate tua mortem obijt voluntarię, & accerbiſsimam pro noſtra redemptione & ſalute excepit paſsionē, ſic nos quandocumq; tibi viſum fuerit crucē aut erumnam aliquam in humeros noſtros inijcere voluntarię & patienter perferamus ad certum fidei noſtrę in extremum diem periculum faciendum & ad tuam gloriam ſempiternā Per Chriſtum dominum noſtrum.

Glorioſa & ſalutaris mors & Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, eruat nos a dolore triſti, & perducat ad gaudia

paradisi. Amen.

Pater noster qui es in cælis.&c.

Prima

DEus in adiutorium meũ intende.

Dñe ad adiuuandum me festina.

Gloria patri,& filio.&c.

Sicut erat in principio.&c. Amen.

Hymnus.

COnsors paterni luminis,
Lux ipse lucis & dies:
Christe qui noctem discutis,
Assiste postulantibus,
Aufer tenebras mentium,
Fuga cateruas demonum:
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.
Sic Christe nobis omnibus,
Indulgeas credentibus:
Vt prosit exorantibus
Quòd præcinentes psallimus. Amen.

Psalmus. cxvii.

Pii prouocantur ad laudem dei.

COnfitemini domino qm̃ bonus: qm̃ in sæculũ misericordia eius.

Dicat nũc Israël qm̃ bonus:quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in

in sæculum misericordia eius.
Dicant nunc omnes qui timent dñm:
quoniam in sæculũ misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum:
& exaudiuit me in latitudine domin⁹.
Dominus mihi adiutor: non timebo
quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: & ego despi-
ciam inimicos meos.
Bonũ est confidere in domino: q̃ con-
fidere in homine.
Bonum est sperare in domino: q̃ spera-
re in principibus.
Omnes gẽtes circuierunt me: & in no-
mine domini quia vltus sum in eos.
Circundederunt me: & in nomine do-
mini, quia vltus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes, & ex-
arserunt sicut ignis in spinis: & in no-
mine domini, quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem: &
dominus suscepit me.
Fortitudo mea & canticum meum do-
minus: & factus est mihi in salutem.
Vox exultationis & salutis in taberna-
culis iustorum.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem.

Non moriar ſed viuam, & narrabo opera domini.

Caſtigans caſtigauit me dominus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iuſtitię, & ingreſſus in eas confitebor domino, hęc porta domini, iuſti intrabunt in eam.

Confitebor tibi domine quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutē.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli.

A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris.

Hęc eſt dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea.

O domine ſaluum me fac: ô domine da nunc proſperitatem, benedictus qui venit in nomine domini.

Benedicimus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.

Conſtituite diem ſolēnem cum frondibus vſq; ad cornu altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: deus

deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi domine, quoniã exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Cõfitemini domino quoniam bonus: quoniã in sæculum misericordia eius.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.
Credo in deũ patrẽ omnipotentẽ. &c.

Antiphona.

Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Versiculus.

Domine exaudi orationem meam.

Responſ.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Domine sancte pater omnipotens, æternæ Deus qui nos ad principium huius diei peruenire fecisti, tua nos hodie serua virtute & cõcede, vt ad nullum declinemus peccatum, nec vllum curramus periculũ, sed semper ad tuam iustitiam faciendã omnis nostra actio tua moderamine dirigatur. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuũ: qui tecũ viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia

omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tertia Hora.

DEus in adiutorium meũ intende.
Dñe ad adiuuandum me festina.
Gloria patri, & filio &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Hymnus.

REctor potens verax deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore manè instruis,
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium:
Confer salutem corporum,
Verámq; pacem cordium,
Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessionem personent,
Tua nos accendat charitas,
Ad te colendum sedulò. Amen.

Psalmus. cxix.

Oratio vt liberemur à mundi vanitate.

AD dominum cũ tribularer clamaui, & exaudiuit me.
Domine libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua dolosa.
Quid dabit tibi aut quid adijciet tibi lingua dolosa?

Sagit.

Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus iumperorum.

Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria patri, & filio &c.

Sicut erat in principio. &c. Amen.

Antiphona.

Beati mũdo corde, quoniam ipsi deum videbunt.

Versiculus.

Domine exaudi orationem meam.

Responſ.

Et clamor meus ad te veniat.

Domine Iesu Christe, cui⁹ tota vita nihil nisi mansuetudo & humilitas quiq; solus es nostra iustitia : da nobis vt mansueto & humili corde te colamus, & per totã vitam nostrũ in operibus iustitiæ conuersemur, qui viuis & regnas deus. Per oĩa sæcula sæculorũ. Amen.

Hora sexta.

Deus

DEus in adiutoriũ meum intende.
Domine ad adiuuādũ me festina.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Hymnus.

REru m creator omnium,
Rectórq; semper aspice,
Nos à quiete noxia,
Mersos sopore libera.
Te Christe sancte possimus,
Ignosce tu criminibus,
Ad confitendum surgimus,
Morásq; noctis rumpimus.
Quicquid malorum gessimus,
Occulta nostra pandimus,
Præces gementes fundimus,
Dimitte quod peccauimus. Amen.

Psalmus. cxxii.

Oratio vt liberemur ab impiorum ludibriis.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.
Ecce sicut oculi seruorũ: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum deum

Deum nostrũ, donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus & despectio superbis.
Gloria patri, & filio: &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Antiphona.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequetur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbũt.

Versiculus.

Domine exaudi orationem meam.

Respons.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, cui propriũ est misereri, quiq; purus ac mundus es absq; vlla peccati macula: gratia tua nos imbue, vt te sequamur misericordiam proximis nostris prę-stando, & nunq̃ non puro ac mundo corde simus erga te, vt post hãc vitam te intueamur in æterna gloria. Qui viuis & regnas deus. Per omnia sæcula

ſæculorum. Amen.

Hora nona.

DEus in adiutorium meũ intẽde
D ñe ad adiuuandũ me feſtina.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Hymnus.

ETerna cœli gloria,
Beata ſpes mortalium,
Celſi tonantis vnice,
Caſteq; proles virginis.
Da dexteram ſurgentibus,
Exurgat vt mens ſobria,
Fragranſq; in laudem dei,
Grates rependat debitas.
Te Christe deum poſcimus,
Fidem inde noſtris ſenſibus:
Vt ſpe future glorię.
Amore cor ſit feruidum. Amen.

Pſalmus xiiii.

Pie viuentes ingredientur vitam æternam.

DOmine quis habitabit in taberna-naculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula: & opera-tur

tur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: & qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hęc, nō mouebitur ī ęternū.

Antiphona.

BEati pacifici, quoniam hi filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniā ipsorum est regnum cœlorum.

Versiculus.

Domine exaudi orationem meam.

Responsio.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DOmine IESV CHRISTI, qui pacem conciliasti inter deum patrē, & nos miseros peccatores, nihilo

nihilo secius tamen iniurias & afflictiones pertulisti: Concede nobis gratiam tuam, vt pacem per te factam custodiamus, patientérq; iniurias omnes & persecutiones patiamur: vt filij tui vocemur, & cœlestis regni tui hæredes simus. Qui viuis & regnas deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Pater noster qui es in cœlis. &c.

Preces Vespertinæ.

DEus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuādum me festina.

Gloria patri, & filio. &c.

Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. cxii.

Hic instigamur ad laudandum & glorificandum deum.

LAudate pueri dominum: laudate nomen domini.

Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vsq; in sæculum.

A solis ortu vsq; ad occasum, laudabile nomen domini.

Excelsus super omnes gentes dominus:

nus: & super cœlos gloria eius.
Q uis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat & humilia respicit in cœlo & in terra?
S uscitans à terra inopem, & de stercore, erigens pauperem.
V t collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
Q ui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.
G loria patri, & filio &c.
S icut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. cxxxiiii.

Laudandus deus ob admiranda opera & beneficia.

L Audate nomen domini, laudate serui dominum.
Q ui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
L audate dominum quoniam bonus dominus: psallite nomine eius, quoniam suaue.
Q uoniam Iacob elegit sibi domin⁹: Israël in possessionem sibi.
Q uia ego cognoui ꝙ magnus est deus, & deus noster præ omnibus dijs.

Omnia quæcunq; voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, & in mari, & in omnibus abyſsis.

Educens nubes ab extrema terræ, fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſsit primogenita Aegypti ab homine vſq; ad pecus.

Et miſit ſigna & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonem, & in omnes ſeruos eius.

Qui percuſsit gentes multas: & occidit reges fortes.

Seon regem Amorreorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaã.

Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Iſraël populo ſuo.

Domine nomen tuum in æternum: domine memoriale tuum in generatione & generationem.

Quia iudicabit dominus populum ſuum: & in ſeruis ſuis depræcabitur.

Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

Aures habent & non audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.
Domus Israël benedicite dominum, domus Aaron benedicite dominum.
Domus Leui benedicite dominum, qui timetis dominum benedicite dominum.
Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principio, & nunc & sēper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniā audisti verba oris mei.
In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuū & confitebor nomini tuo.
Sup misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne

nomen ſanctum tuum.

I n quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

C onfiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui.

E t cantent in vijs domini: quoniã magna eſt gloria domini

Q uoniã excelſus dominus, & humilia reſpicit: & alta à longe cognoſcit.

S i ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam: & ſaluum me fecit dextera tua.

D ominus retribuet pro me: domine miſericordia tua in ſæculum, opera manuum tuarum ne deſpicias.

G loria patri, & filio. &c.

S icut erat in principio. &c. Amen.

Antiphona.

Iohã.13. M andatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut ego dilexi vos. In hoc cognoſcẽt oẽs quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ.

Hymnus.

S al-

SAluator mundi domine,
Qui nos saluasti hodie:
In hac nocte nos protege,
Et salua omni tempore.
Adesto nunc propicius,
Et parce supplicantibus:
Tu dele nostra crimina,
Tu tenebras illumina.
Ne mentem somnus opprimat,
Nec hostis nos surripiat:
Nec vllis caro petimus,
Commaculetur sordibus.
Te reformator sensuum,
Votis precamur cordium,
Vt puri castis mentibus,
Surgamus à cubilibus. Amen.

Psalmus.

Canticum Mariæ exultantis & laudantis bonitatem dei.

MAgnificat anima mea dominũ. Luce.I.
Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.
Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.
Et misericordia ei⁹ à progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potētiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis : & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suum : recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros Abraham: & semini eius in sæcula.

Gloria patri. &c. Sicut erat. &c. Amē.

Antiphona.

Qui dicit se deum nosse & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas non est in eo.

Versiculus.

Domine exaudi orationem meam.

Respons.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Omnipotēs Domine deus, ex cuius ordine & voluntate cā nox, & tenebræ appetunt, tuam clementiā deprecamur vt nos misericorditer in tutelā tuam accipias ne in nos principes tenebrarum aliquid potestatis habeant, & cum dormiendum pro

cor-

corporis necessitate sit, nihilominus cor & amic⁹ noster ad te semper vigilet, & effice ne in cōspectū tuo filij noctis & tenebrarū, sed diei & lucis ppetuo in veniamur. Qui viuis & regnas deus. Per oīa sæcula sæculorū. Amen.

Ad Completorium.

Conuerte nos de⁹ salutaris noster
Et auerte iram tuam à nobis.
Deus in adiutoriū meū intende
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri, & filio &c.
Sicut erat in principio &c. Amen.

Psalmus. xii.

Oratio contra tentationem.

Vsquequo domine obliuisceris me in finem: vsquequo auertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur inimic⁹ me⁹ sup me? respice & exaudi me dn̄e de⁹ me⁹.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte, nequādo dicat inimicus meus, preualui aduersus eum.

Qui

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultauit cor meũ in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

Gloria patri, & filio. &c.

Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. xlii.

Oratio vt liberemur ab hostibus ad cantandum laudem dei.

IVdica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & veritatem tuã: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei, ad deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cythara deus deus me⁹, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera

Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & de' me'.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c Amen.

Antiphona.

SAlua nos domine vigilantes custodi nos dormientes, vt vigilemus in Christo, & requiescamus in pace.

Capitulum.

TV in nobis es domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster.

Hymnus.

REtum creator omnium,
Te poscimus hoc vesperi:
Defende nos per gratiam,
Ab hostis nostri fraudibus.
Nullo ludamur domine,
Vel somnio vel phasmate
In te cor nostrum vigilet,
Nec dormiat in crimine.
Summe pater, per filium
Largire quod te poscimus:
Cui per sanctum spiritum
Aeterna detur gloria. Amen.

Canticum Simeonis iusti.

Nunc

NNnc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei : salutare tuum.

Quod parasti : ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.

Gloria patri, & filio. &c.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen,

Antiphona.

Lucem tuam domine nobis concede, vt depulsis cordium tenebris, peruenire possim⁹ ad lumẽ quod est Christus.

Versiculus.

Domine exaudi orationem meam.

Respons.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

ILlumina quæsumus domine deus tenebras nostras, & totius noctis insidias tu à nobis repelle propitius. Per Dominum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat in vnitate

tate

tate ſpiritus ſancti. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedicamus domino.

Deo gratias.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte redemptor mundi ęternum patris verbum, per quē omnia creata ſunt & conſeruantur, oramus te vt ſub vmbra miſericordię tuę nos per hanc noctē accipias, nec ſinas nos cadere, neq; ſatanæ terroribus conſeruari. Effice vt lumen tenebris videamus qui es lux ęterna & cum cœleſti[illegible] patre & ſancto ſpiritu viuis & regnas deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedicamus domino.

Deo gratias.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, charitas dei communicatio ſancti ſpiritus ſit ſemper cum omnibus Amen.

Pſalmus.vi.

Oratio peccatoris qui morbum curari, ac hoſtes proſterni exoptat.


Omine ne in furorē tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.
Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſū: ſana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde, ſed tu domine vſq; quo?
Conuertere domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus

minus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam .dominus orationem meam suscepit.
Erubescãt, & conturbẽtur vehementer omnes inimici mei : conuertantur, & erubescant valdè velociter.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus .xxxi.

Quomodo lugenda peccata, orandus deus, & in ipso exultandum.

Beati quorũ remissæ sũt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata.
Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.
Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti

impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.

Verumtamen in diluuio aquarū multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximāt ad te.

Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit.

Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

Gloria patri, & filio, & spiritui sācto.

Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. xxxvi.

NOli æmulari in malignantibus: neque zelaueris faciētes iniquitatem.

Quo-

Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.

Spera in domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſcêris in diuitiis eius.

Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet.

Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: ſubditus eſto domino & ora eum.

Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias.

Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur: ſuſtinentes autem dominū, ipſi hæreditabunt terram.

Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius: & non inuenies.

Mansueti autem hæreditabunt terram:

ram: & delectabuntur in multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies eius.
Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum.
Vt decipiant pauperem & inopem: vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur
Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus.
Nouit dominus dies immaculatorũ: & hæreditas eorum in æternum erit.
Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt
Inimici verò domini mox vt honorificati fuerint & exaltati deficientes: quemadmodum fumus deficient.
Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus

iuſtus autem miſeretur & retribuet.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.

Apud dominum greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet.

Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam.

Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictũ, nec ſemen eius quærens panem.

Tota die miſeretur & commodat: & ſemen illius in benedictione erit.

Declina à malo & fac bonum: & inhabita in ſeculum ſeculi.

Quia dominus amat iudicium: & nõ derelinquet ſanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur.

Iniuſti punientur: & ſemẽ impiorum peribit.

Iuſti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.

Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipſius: & non

supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cùm iudicabitur illi.
Expecta dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te vt hæredirate capias terram: cùm perierint peccatores, videbis.
Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.
Et transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt.
Salus autem iustorum à dño: & protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

Psalmus. xxxvii.

¶ Peccator peccatorum pondere greſſus
implorat opem dei, cuius miſera-
cordiæ ſeſe committet.

DOmine ne in furore tuo argu-
as me, neq; in ira tua corripi-
as me.
Quoniam ſagittæ tuæ infixe ſunt mi-
hi: & confirmaſti ſuper me manum
tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea à facie
iræ tuæ: non eſt pax oſsibus meis à fa-
cie peccatorum meorum.
Quoniã iniquitates meæ ſupergreſ-
ſæ ſunt caput meum: & ſicut onus
graue grauatæ ſunt ſuper me.
Putruerunt & corruptæ ſunt cicatri-
ces meę, à facie inſipientiæ meæ.
Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſ-
q; in finem: tota die contriſtatus in-
grediebar.
Quoniam lumbi mei impleti ſunt il-
luſionibus: & non eſt ſanitas in carne
mea.
Afflictus ſum, & humiliatus ſum ni-
mis, rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine ante te omne deſiderium

 meum:

meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorũ meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates. & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̃ ſurdus non audiebã: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei, & dum commouẽtur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſũ: & dolor meus in conſpectu meo ſemper

per.

Quoniam iniquitatem meam annũciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt & confirmati ſunt ſuper me: multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebãt mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas domine deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutorium meum domine deus ſalutis meæ.

Gloria patri, & filio, & ſpũi ſancto.

Sicut erat in principio, &c. Amen.

Pſalmus. xxxviii.

DIxi, cuſtodiam vias meas: vt nõ delinquam in lingua mea.

Poſui ori meo cuſtodiam: cùm conſiſteret peccator aduerſum me.

Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt.

Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.

Locutus ſum in lingua mea, notũ fac mihi domine finem meum.

Et numerum dierũ meorum quis est? vt sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.

Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.

Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? non me dominus, & substantia mea apud te est?

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ego defeci, in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominum.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam domine, & depreca-

deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.

Ne ſileas: quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi, vt refrigerer priuſquã abeam: & amplius non ero.

Pſalmus. xli.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum Dei.

In voce exultationis & confeſsionis ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor

tebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.

A d meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonii à monte modico.

A byssus abyssum inuocat, in voce catharactarum tuarum.

O mnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.

I n die mandauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

A pud me oratio deo vitæ meæ? dicam Deo, susceptor meus es.

Q uare oblitus es mei: & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

D um confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulent me inimici mei

D um dicũt mihi per singulos dies vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

S pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus.

Pſalmus, l.

Peccator agnoſcit ac dolet, ſceleratam vitam, quęrit purgari, implorat ſpiritum dei, vt renouetur ac confirmetur.

Miſerere mei deus, ſecūdum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinē miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco: & peccatum meum cōtra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Audi-

Auditui meo dabis gaudium & læticiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi læticiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtiq;, holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt edificentur muri Hieruſalem

rusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
Gloria patri, & filio, & spũi sancto.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. liii.

DIxit insipiens in corde suo, non est Deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus non est qui faciat bonum.
Deus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens Deum.
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
Quoniam Deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placent: confusi sunt,
quo-

quoniam Deus spreuit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israël? cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

Psalmus. ci.

Querela pii ad deum ab impiis grauiter vexati.

DOmine exaudi orationem meã & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me, in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremiũ aruerũt,

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit os meũ carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius

litarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei : & qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanq̃ panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam.
A facie iræ indignationis tuæ , quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.
Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum generatione & generationem.
Tu exurgens domine misereberis Sion : quia tempus miserendi eius , quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terrę eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.
Quia ædificauit dominus Sion : & videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium : & non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de cœlo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hiërusalem.

In conueniendo populos in vnum: & reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nũcia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.

Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimẽtum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idemipse es, & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Glo-

Gloria patri, & filio, & spũi sancto.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. cxxix.

Peccator ob peccata mulctatus, petit solui a peccato & peccati pœna.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intẽdentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsq; ad noctem: speret Israël in domino.
Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri, & filio, & spũi sancto.
Sicut erat in principio. &c. Amen.

Psalmus. cxli.

Iustus malis aff[illegible] orat [illegible]

eris ſecurus a malis.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſæculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierũ antiquorum: meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine, defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam, quia in te ſperaui.

No-

Notam fac mihi viam in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu.

Spiritus tu⁹ bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animã meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſãcto.

Sicut erat in principio. &c. Amen.

Antiphona.

NE reminiſcaris domine iniquitatum noſtrarum antiquarum: ſed miſericordia tua præueniat nos: ſumus enim miſerrimi. Adiuua nos deus ſeruator noſter, & propter gloriam nominis tui libera nos. Eſto nobis propitius, & propter nomen tuum condona nobis peccata noſtra. Ne dicant impij, vbi eſt deus eorum. Nos autem populus tuus, & paſcuæ tuæ.

Semper gratias agemus tibi. A generatione in generationem prouulgabimus laudem tuam. Tibi honor & gloria in æternum. Amen.

Letania.



A ter de cœlis deus, miſerere nobis. Pater. &c.

F ili redemptor mundi deus, miſerere nobis.

F ili redemptor. &c.

S piritus ſancte deus, à patre filióq, procedens, Miſerere nobis Spiritus. &c.

O Sancta beata & glorioſa Trinitas, tres perſonæ & vnus deus, Miſerere nobis. O ſancta. &c.

N e recorderis domine delicta noſtra, neq; parentum noſtrorum, neq; vindictam ſumas de peccatis noſtris: parce domine, parce populo tuo, quem precioſiſsimo ſanguine tuo redemiſti, neq; in æternum iraſcaris nobis.

Libera nos domine.

A b oĩ malo & ſcelere, à pctõ, ab ĩſidijs & inſultibus diaboli, ab ira & æterna damnatione. Libera nos dñe.

A cæ-

A cęcitate cordis à ſuperbia, vana gloria, hypocriſi, inuidia, odio, malicia, immiſericordia.

Libera nos domine.

A fornicatione, & omni peccato letali, ab omnibus impoſturis mundi carnis & diaboli.

Libera nos domine.

A fulmine, Tempeſtate, Plaga, Peſte, Fame, Bello, Clade, & ĩprouiſa morte.

Libera nos domine.

Ab omni ſeditione, & priuata coniuratione, ab omni falſa doctrina & hæreſi, à duritia cordis, & contẽptu verbi mandatiq; tui. Libera nos dñe.

Per myſterium ſanctę incarnationis tuæ, per natiuitatem tuam, circumciſionem, baptiſmum, ieiunium, & tentationẽ tui. Libera nos dñe.

Per angorem tuum, & ſanguinolentũ ſudorem. per crucem & paſsionem tuam, per precioſam mortem & ſepulturam, per glorioſam reſurrectionem & aſcentionem tuam, per aduentũ ſancti ſpiritus. Libera nos dñe.

In omnibus rebus aduerſis & proſpe-

ris, in hora mortis, in die iudicij.

Libera nos domine.

Peccatores te rogamus domine deus audi nos, vt sanctam catholicam ecclesiam tuam regere & gubernare in recta via digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt Reginam nostram & gubernatorem Elizabetham famulam tuam conseruare digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt cor illius in fide, timore, ac dilectione tui regere digneris: vt semper tibi fidat, & semper honorem gloriámq; tuam quærat.

Te rogamus audi nos.

Vt defensor & de omnibus inimicis victoriam illi donare digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt Episcopos pastores, & ministros ecclesiæ vera cognitione & intelligentia verbi tui illumina digneris: ídq; tum concionando, tum viuendo promoueant & ex rei dignitate explicent.

Te rogamus audi nos.

Vt regios consiliarios, & omnem nobilitatem,

bilitatem, gratia, ſapientia, & intelligentia imbuere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt magiſtratus bees ac tuearis, & gratiam illis largiaris, quo æquitatem & veritatem promoueant.

Te rogamus audi nos.

Vt omnem populum tuum beare & conſeruare digneris

Te rogamus audi nos.

Vt omnibus nationibus vnitatem, pacem, concordiam donare digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt nobis cor dare digneris, quo amemus & timeamus te, & viuendo diligenter ſequamur mandata tua.

Te rogamus audi nos.

Vt omni populo tuo gratiæ incremẽtum donare digneris ad audiendum piè verbum tuum, & ad recipiendum illud ſincero animo, & ad fructus ſpiritus procedendos.

Te rogamus audi nos.

Vt deceptos & errantes in viam veritatis deducere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt ſtantes roborare & recreare, & imbecilli animi viros adiuuare, cadentes erigere, ſatanam deniq; ſub pedibus noſtris conterere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt omnes qui in periculis, neceſsitatibus, anxietatibúſq; ſunt iuuare erigere, & recreare, digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt omnes terra maríq; iter facientes, fœminas grauidas ægrotantes, teneros infantes conſeruare, & miſericordiam tuam in captiuos, & in carcere abiectos oſtendere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt orbos & viduas defendere illíſq; & omnbus derelictis, oppreſsíſq; opem ferre digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt omniũ hominũ miſereri digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt inimicis, perſecutoribus, obtrectatoribus noſtris condonare, & illorum corda mutare digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ tempeſtiuos nobis

dare,

dare, ita vt eos oportuno tempore percipiamus ac fruamur eósq; conseruare digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt veram pœnitentiam, & peccatorum, negligentiarum, ignorantiarum, remissionem donare, & sancti spiritus gratia, ad vitam nostram secundum sanctum verbum tuum emendandam, nos imbuere digneris.

Te rogamus audi nos.

Fili dei, Te rogamus audi nos.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Dona nobis pacem.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Miserere nobis.

Christe exaudi nos. Kyrie eleëson.

Christe eleëson. Kyrie eleëson.

Pater noster. &c. Et ne nos inducas in tētationē Sed libera nos à malo. Amē.

Versiculus.

Domine ne secundum peccata nostra feceris nobis.

Responsi.

Neq; secundum iniquitates nostras, retribuas nobis.

Oremus.

Deus

DEus misericors pater, qui contriti cordis gemitum nō despicis, nec mœrentium spernis affectum: benignè precibus nostris adesto, quas in omnibus perturbationibus asperitatibúsq; rerum, si quando nos opprimant, adhibemus: & clemēter exaudi nos, vt ea mala, quæ molitiones machinèq; diabolicæ aut humanæ contra nos intentant, ad nihilum deducantur, & prouidentia benignitatis tuæ dispergātur: vt nos famuli tui nullis insectationibus sint erati, semper tibi in ecclesia sancta gratias agamus. Per Christum dn̄m nostrum.

Exurge domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum.

Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri narrauerunt nobis magnifica facta tua quæ gessisti illorum ætate, & in præteritis antea sæculis.

Exurge domine adiuua nos, & libera nos propter honorem tuum.

Gloria patri, & filio, & spiritui sācto.

Sicut erat in principio. Amen.

Ab inimicis nostris defendi nos Xp̄e.

Afflic-

Afflictiones noſtras benignus aſpice.
Dolorē cordis noſtri reſpice clemēs.
Peccata populi tui pius remitte.
Petitiones noſtras miſericors exaudi.
Fili Dauid miſerere noſtri.
Nunc & ſemper nos exaudire digneris, ô Chriſte.
Exaudi clementer nos ô Chriſte, clemēter exaudi nos, ô domine Chriſte.

Verſiculus.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos.

Reſponſ.

Quemadmodum ſperauimus in te.

Oremus,

INfirmitates noſtras quęſumus domine pater clementer reſpice, & mala omnia quæ iuſtiſsime meremur propter gloriam nominis tui auerte: concede hoc domine mediatoris & aduocati noſtri Ieſu Chriſti cauſa. Amen.

DEus cui propriū eſt miſereri ſemper & parcere, & petitiones noſtras benignus ſuſcipe, & quamq̃ peccato-

peccatorum vinculis illigamur, misericordiæ tuæ benignitate soluamur. Concede hoc Iesu Christi mediatoris & aduocati nostri causa. Amen.

OMnipotēs sempiterne deus, qui solus facis mirabilia, dimitte in Episcopos nostros & pastores omnesq; greges illorū fidei cōmissos salutarem tuæ gratiæ spiritum: & vt tibi verè placeant perpetuum rorem tuę benedictionis affunde. Concede hoc domine, mediatoris & aduocati nostri Iesu Christi causa. Amen.

Pro docilitate.

AVdi preces meas æterna patris sapientia Dn̄e Iesu, qui teneræ ætati docilitatis cōmodū addidisti, adde quæso ad naturæ propēsionem auxiliū gratiæ tuæ, vt literas ac liberales disciplinas citius perdiscā, sed tuę glorię seruituras, quarū adminiculis adiuta mens mea pleniùs assequatur cognitionem tui, quē noscere felicitatis humanæ summa ēst, vtq; ad te sāctissimæ pueritiæ exemplū in dies proficiā ætate, sapiētia & gratia apud Deum, & apud

apud homines. Qui viuis & regnas in consortio Patris ac Spiritus sancti, in æterna secula. Amen.

Pro Regina.

DOmine Pater celestis Rex regũ & dominator dominãtium, omniũ principum gubernatur & rector, intimus votis supplices quæsumus Reginam nostram Elizabetam, benigno vultu respicias, eiq; singulari gratia & spiritu sancto ita semper assistere digneris vt volũtatem tuã vbiq; exequatur, & secũdum saluberrimam normã mandatorũ tuorũ omnẽ vitã transigat. Accumula in illã cœlestia tua dona, vt diu fœliciter nobis ĩperet, hostes fortiter deuincat, tãdéq; tecũ in cœlesti gloria viuat inæternũ. Qui viuis & regnas deus. Per oĩa sęcula sęculorũ. Amen.

IMmensam quæsumus dñe misericordiam tuam quã nulla potest lingua digñe explicare, nobis ostẽde: vt à peccatis nostris pœnáq; pro illis debita, benignitate tua liberemur. Cõcede hoc domĩe, mediatoris & aduocati nostri Iesu Christi causa. Amen.

Om-

Precatio. Chriſo-ſtomi.

OMnipotens Deus qui hoc tempore vt vnanimi voce ſupplicationes noſtras tibi faciamus, gratioſe largitus es: & promiſiſti, ſi quando duo aut tres in nomine tuo congregati fuerint, vota illorum te conceſſurum, exple voluntates domine petitionéſq; ſeruorum tuorum, quemadmodum ex vſu illorum maximè futurum eſt, & annue, vt in hoc ſæculo cognitionem veritatis tuæ, in futuro autem vitam æternam, habeamus.

Amen.

COncede quæſumus omnipotens deus, vt qui in perturbationibus noſtris vniuerſam fiduciam in miſericordia tua collocamus, præſidio tuo aduerſus ingraueſcentes res aduerſas defendamur. Concede hoc domine deus mediatoris & aduocati noſtri Ieſu Chriſti cauſa. Amen.

Deſcriptio paſsionis Chriſti ſeruatoris noſtri, & gloriæ, & regni ipſius.

Pſalmus. xxi.



Eus deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? longè à ſalutæ mea verba derelictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte & non ad inſipientiam mihi.

Tu autē in ſancto habitas, laus Iſraël: in te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos.

Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes vidētes me, deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris

meæ: in te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris meæ deus meus es tu: ne discesseris à me.
Quoniã tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.
Circundederunt me vituli multi tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effusus sũ: & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meũ tanq̃ cæra liquescens, in medio ventris mei.
Aruit tanq̃ testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me, diuiserũt sibi vestimẽta mea, & super vestem meã miserunt sortem.
Tu autem domine, ne elongaueris auxilium tuũ à me: ad defensionem meam

am conſpice.
Erue à framea deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore Leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomē tuum fratribus meis: & in medio eccleſiæ laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum, vniuerſum ſemen Iācob glorificate eum.
Timeat eum omne ſemen Iſraēl, quoniam non ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem ſuam à me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in eccleſia magna, vota mea reddam in conſpectu timentium eum.
Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.
Reminiſcentur & conuertentur ad dominum, vniuerſi fines terræ.
Et adorabunt in conſpectu eius, vniuerſæ familiæ gentium.

Quoniam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.

Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ in cõspectu eius cadent omnes, qui discẽdunt in terram.

Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.

Annũtiabitur domino generatio ventura, & annunciabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.

Psalmus. lxix.

Querela Christi & ipsius ecclesiæ de grauibus afflictionibus. Oratio pro liberatione, hostes dei maledicuntur, Gratiarum actio pro ope impetrata.

SAluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: & tempestas dimersit me.

Laboraui, clamans raucæ factę sunt fauces meæ: defecerũt oculi mei, dum spero in deum meum.

Multi-

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè: quæ non rapui, tunc exſoluebam.
Deus tu ſcis inſipientiam meam: & delicta mea à te non ſunt abſcondita.
Non erubeſcant in me, qui expectant te domine: domine virtutum.
Non confundantur ſuper me qui quęrunt te deus Iſraël.
Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem tuam.
Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.
Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi cæciderunt ſuper me.
Et operui in ieiunio animam & factū eſt in opprobrium mihi.
Et poſui veſtimētum meum cilitium: & factus ſum illis in parabolam.
Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum.
Ego verò orationem meam ad te domine,

mine, tempus beneplaciti deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto vt non infigar libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neq; absorbeat me profundum: neq; vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuã à puero tuo: quoniã tribulor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, & libera eã: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meã.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum: & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit: & qui consolaretur, & non inuêni.

Et dederunt in escam meam fel: & in

ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: & in retributiones, & in ſcandalum.
Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorũ non ſit, qui inhabitet.
Quoniam quem tu percuſsiſti perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam.
Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum pauper & dolens, ſalus tua deus ſuſcepit me.
Laudabo nomen dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.
Et placebit deo ſuper vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur: quærite deum, & viuent anima veſtra.

Quoniam exaudiuit pauperes dominus: & victos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cœli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam deus ſaluam faciet Syon: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

Et inhabitabunt ibi: & hæreditate acquirent eam.

Et ſemen ſeruorum eius poſsidebit eam: & qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea.

Pſalmus. lxxxvii.

Querela hominis pii grauiter & abſq; omni ſolatio vexati.

Domine deus ſalutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius: &

us: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.
Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis.
Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuus induxiſti ſuper me.
Longè feciſti notos meos à me : poſuerunt me abominationem ſibi.
Traditus ſum, & non egrediebar oculi mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te domine: tota die expãdi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditionem?
Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.
Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me?
Pauper ſum ego, & in laboribus à iu-

iuentute mea : exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus.
In me tranſierunt iræ tuæ : & terrores tui non turbauerunt me.
Circundederunt me ſicut aqua tota die: circundederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicum , & proximū, & notos meos à miſeria.

Pſalmus. ii.

Impetus populi contra Chriſtum: Chriſtus a patre rex ſtatuitur. Rectores excitantur ad ſcientiam dei.

QVare fremuerunt gentes : & populi meditati ſunt inania?
Aſtiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius.
Dirumpamus vincula eorū : & proiiciamus à nobis iugam ipſorum.
Qui habitat in cœlis irridebit eos:& dominus ſubſannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua : & in furore ſuo conturbabit eos.
Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon mōtem ſanctum eius , prędicans præceptum eius.

Domi-

Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodiè genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tanq̃ vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore: & exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur dominus, & pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Pſalmus. lviii.

Oratio Chriſti pro ſe & fratribus contra perſecutores ſuos.

ERipe me de inimicis meis deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris ſanguinum ſalua me.

Quia ecce cæperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

Neq; iniquitas mea neq; peccatum meum domine: ſine iniquitate cucurri & direxi.

Exurge in occurſum meum, & vide: & tu domine deus virtutū deus Iſraël.

Intende ad viſitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum: quoniā quis audiuit?

Et tu domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: quia deus ſuſceptor meus, deus meus, miſericordia eius præueniet me.

Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos: ne occidas eos, nequando obliuiſcantur populi ſui.

Diſperge illos in virtute tua: & depone eos, protector meus domine.

Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum, & compræhendantur in ſuperbia ſua.

Et de exccratione & mendacio annũ-
ciabuntur in consummatione.
In ira consummationis & non erunt,
& scient, quia deus dominabitur Iā-
cob, & finium terræ.
Conuertentur ad vesperam, & famem
patientur vt canes, & circuibunt ciui-
tatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum:
si verò non fuerint saturati, & mur-
murabunt.
Ego autem cãtabo fortitudinem tuã:
& exaltabo mane misericordiam tuã.
Quia factus es susceptor meus & re-
fugium meũ, in die tribulationis meæ.
Adiutor meus, tibi psallam, quia
deus susceptor meus es, deus
meus misericordia mea.

Ffrancis Nethersole
his booke ... 14

Paſsio ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti Secundum Iohannem.



Greſſus eſt Ie-
ſus cum diſci-
pulis ſuis trãs
torrẽtem Ce-
dron, vbi erat
hortus, in quẽ
ĩtroiuit ipſe &
diſcipuli eius.
Sciebat autem
& Iudas qui
tradebat eum, locum: quia frequenter
Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis
ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohor-
tem, & à pontificibus & phariſæis mi-
niſtros: venit illuc cum laternis & fa-
cibus & armis. Ieſus itaq; ſciens om-
nia quæ ventura erant ſuper eum, pro-
ceſsit & dixit eis: Quem queritis? Reſ-
ponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Di-
cit eis Ieſus. Ego ſum. Stabat autem &
Iudas qui tradebat eum, cum ipſis. Vt
ergo dixit eis, Ego ſum. Abierunt re-
tror-

rorſum, & ceciderunt in terram. Ite-
um ergo interrogauit eos: Quem
queritis? Illi dixerunt Ieſum Nazare-
num. Reſpondit Ieſus: dixi vobis, quia
ego ſum: ſi ergo me queritis, ſinite hos
abire: Vt impleretur ſermo quem di-
xit: quos dediſti mihi non perdidi ex
eis quemq̃. Simon ergo Petrus habens
gladium, eduxit eum, & percuſsit pō-
tificis ſeruum; & abſcidit auriculam
eius dexteram. Erat autem nomen ſer-
uo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro:
mitte gladium tuum in vaginam. Ca-
licem quem dedit mihi pater, non vis
vt bibam illum? Cohors autem & tri-
bunus & miniſtri Iudæorum compre-
henderunt Ieſum, & ligauerunt eum,
& adduxerunt eum ad Annam pri-
mum: erat enim ſocer Caiphæ qui erat
pontifex anni illius, erat autem Cai-
phas, qui conſilium dederat Iudæis:
Quia expedit vnum hominem mori
pro populo. Sequebatur autem Ieſum
Simon Petrus, & alius diſcipulus. Di-
ſcipulus autem ille erat notus pontifi-
ci & introiuit cum Ieſu in atrium pō-
tificis:

tificis: Petrus autem ſtabat ad oſtium foras. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem & cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Iëſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniũt, & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis, ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. Hæc autem eum dixiſſet, vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici? Reſpondit Ieſus: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè, quid me cędis? Miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon

Petrus

Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Nūquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætoriū. Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, nō tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos, & ſecūdum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi. Nobis non licet interficere quemq̄. Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei. Tu es rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus: A temetipſo

hoc dicis , an alii tibi dixerunt de me?
Reſpondit Pilatus : Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpōdit Ieſus : Regnum meum non eſt de hoc mundo : ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis : nunc autem regnum meum non eſt hinc.
Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu?
Reſpondit Ieſus. Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis : Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis vt vnum dimittā vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudęorum? Clamauerunt rurſum omnes, dicentes: Non hunc, ſed Barrabam. Erat autē Barrabas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit eū.
Et milites plectentes coronam de ſpinis

nis imposuerunt capiti eius : & veste
purpurea circundederunt eum, & di-
cebant: Aue rex Iudæorum. Et dabant
ei alapas. Exiuit iterum Pilatus, & di-
cit eis: Ecce adduco vobis eum foras,
vt cognoscatis quia in eo nullam in-
uenio causam Exiuit ergo Iēsus foras,
portans coronam spineam, & purpu-
reum vestimentum . Et Pilatus dicit
eis: Ecce homo . Cum ergo vidissent
eum pontifices & ministri , clamabãt,
dicentes : Crucifige, crucifige eum.
Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, &
crucifigite. Ego enim non inuenio in
eo causam. Respõderũt ei Iudæi: Nos
legẽ habemus, & secũdũ legem debet
mori, quia filiũ dei se fecit. Cũ ergo au
disset Pilatus hũc sermonẽ, magis ti-
muit: & ingressus est prætoriũ iterũ, &
dicit ad Iēsum. Vnde es tu? Iēsus aũt re
spõsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pila-
tus: Mihi nõ loqris? Nescis quia pote-
statẽ habeo crucifigere te, & potestatẽ
habeo dimittere te? Respõdit Ies⁹: Nõ
haberes potestatem aduersus me vllã,
nisi tibi datũ esset desuper. Propterea,

qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtrotos, hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: Ecce rex veſter: Illi autem clamabant: tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt eum. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum, hebraicè autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptũ: Ieſus Nazarenus rex Iudæorũ.

Hunc

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia propè ciuitatem erat locus, vbi crucifixus erat Iesus. Et erat scriptum græcè, latinè, & hebraicè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: noli scribere, rex Iudæorum: sed quia ipse dixit rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem, & tunicam: Erat autem tunica inconsutilis, desuper contextata per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserūt sortem. Et milites quidem hęc fecerunt Stabāt autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria vxor Cleophę, & Maria Magdelenæ Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus: Deindè dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa

hora accepit eam diſcipulus in ſuā. Poſteà ſciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt: vt cõſummaretur ſcriptura, dixit: Sitio. Vas autem erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenā aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit. Conſummatū eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Iudęi ergo (quoniam paraſceue erat) vt non remanerent in cruce corpora ſabbato, (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum, & vt frangerentur eorum crura, & tollerētur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum aũt cum veniſſent, & viderunt eum iā mortuū, nō fregerunt eius crura, ſed vnus militum lācea latus eius aperuit, & cõtinuò exiuit ſāguis & aqua: Et qui vidit, teſtimoniū perhibuit, & verum eſt teſtimoniū ei⁹ Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enim hęc, vt ſcriptura impleretur: Os nō cõminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt

bunt in quem transfixerunt. Post hæc
autem rogauit Pilatum Ioseph ab Ari-
mathœa (eo quod esset discipulus Ie-
su, occultus autem propter metum Iu-
deorum) vt tolleret corpus Iesu. Et
permisit Pilatus. Venit autem & Ni-
codemus qui venerat ad Iesum nocte
primum, ferens mixturam myrrhæ &
aloes quasi libras centum. Acce-
perunt autem corpus Iesu, & liga-
uerunt illud lintheis cum aro-
matibus, sicut mos est Iu-
dæis sepelire. Erat autem
in loco vbi crucifi-
xus est hortus,
& in horto
monu-
mentum nouum, in quo non dum
quisq̃ positus erat. Ibi ergo pro-
pter parasceuen Iudeorũ, quia
iuxta erat monumentum,
posuerunt eum.

Precationes de paſsione ſeruatoris noſtri Chriſti.

Benedictus ſit pater & filius & ſpiritus ſanctus.

Laudemus & extollamus eum ad omnem æternitatem.


Mnipotens deus & cœleſtis pater, miſericordia & bonitas tua immenſa atq; infinita eſt Nulla noſtra dignitas, ſed miſericordia tua commouit te, vt filium tuum vnigenitum & æternum ad noſtram naturam ſuſcipiendam, in mundum demitteres, vti (quemadmodum conſtitutum abs te, & per omnium prophetarum tuorum ora qui ab initio mundi fuerant, prædictum eſt,) ſacramẽtum in eą redemptionis & ſalutis noſtræ efficeret. Miſericordia tua, & bonitate, ſãcta tua erga nos voluntate effectum eſt, vt cœleſtis filius tuus multas ærumnas, graues calamitates, & diras miſerias ſuſtineret, ab amico & diſcipulo Iuda proderetur, proditoris in modum capiretur, abduceretur, falſò accuſaretur, iniuſtè condemna-

demnaretur crudeliter verberaretur & flagellaretur, conuitiis deniq; contumeliosissimis iactatus, morte omnium acerbissima atq; ignominiosissima afficeretur. Hæc tu nostra causa pater cœlestis effecisti misericordia ac sacrosancta voluntate tua inductus, non modo ad iustam irā indignationémq; tuam placandam, quam tum primorum parentum offensa commeriti sumus, tum sanctorum mādatorum tuorum præuaricatione quotidiè commeremur, sed etiam, vt in gratiam tecum fauoremq; redeamus, vt donis tuis cœlestibus imbuamur, vt omnes vitæ nostræ dies tibi in sanctitate & iustitia seruiamus. Vt gratuito deniq; passionis charissimi filij tui beneficio, & sanctissimi sāguinis precio participes fiamus infinitæ & inexplicabilis gloriæ tuæ beatitudinísq; cœlestis. Itaq; precamur abs te pater cœlestis, effunde super nos spiritum sanctum tuum, guberna corda nostra, vt clarè videamus, & constanter fidamus huic tuæ affluēti bonitati per filium tuum saluatorem

noſtrum Ieſum Chriſtum datæ & demonſtratæ, hácq; fiducia effice vt omnem fiduciã ſpémq; ſalutis in illo ponamus, quem tu vnicum redemptorem ſeruatorémq; noſtrum eſſe voluiſti. Effice, vt pro tua incompræhenſa erga nos bonitate & miſericordia, humillimas, & maximè voluntarias, meritas tibi debitáſq; gratias agamus, effice deniq; ſic nos mortem chariſsimi filij tui in repudiando propulſandóq; peccato profiteri, vt liquido pateat nos cum illo innouitate vitæ, iuſtitia, innocentia & vera ſanctitate reſurgere, vt poſt hunc vitæ curſum cum illo in ſempiterna gloria regnare poſsim⁹. Exaudi nos pater cœleſtis per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

OMnipotens deus & pater cœleſtis, qui Petrum Apoſtolum de ſuis viribus ſeſe efferentem miſerabiliter cadere paſſus es, nõ modo in magiſtro Chriſto præ formidine cuiuſdam ancillæ denegando, ſed etiam peierando, & ſeipſum deuouendo, ſi vnq̃ Chriſtum cognorit: conce-

de

de quæſumus miſericors pater, vt nũq̄ de noſtris viribus aut robore nos venditemus, ſed cordibus humilibus, ac demiſsis noſtram infirmitatem, fragilitatem, imbecillitatémq; agnoſcamus, & omnibus in rebus gerendis de potenti manu tua firmitatem, & robur accipiamus, ad gratam acceptàmq; expletionem diuinę beatęq; voluntatis tuæ. Exaudi nos pater cœleſtis per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

BEnedicte ſeruator Ieſu Chriſte, qui in grauiſsimo animi tui mœrore & intolerabili angore, quē ante pesſionem tuam excepiſti, proiecta in terram facie, ad cœleſtem patrem precationes adhibebas: da nobis gratiam & ſancti ſpiritus præſidium, vt nos ſimiliter in omnibus animi perturbationibus & mundi huius tumultibus, humili aſsiduáq; præcatione ad præſidium conſolationémq; cœleſtis patris contendamus. Exaudi nos Chriſte propter nomen tuum. Amen.

Omni-

OMnipotens deus æterne pater, memoria tenemus dum condē-naretur charissimus tuus filius, innocens agnus, seruator Iesus Christus, iudicem sedisse pro tribunali, testes citatos, Christū adductum in iudicium, & condemnatum, veritatem ibi conculcatam esse, iniustitiam dominatam innocentiam eiectam. Itaq; domine & pater benignissime, primoribus nostris & magistratibus concede, vt in omnibus iudiciis ex æquo & bono incorrupte iudicium sine iniquitate & dissimulatione faciant. Ex quo fiet vt omnes prauitates opprimā-tur, sempiterna veritas, honor & gloria tua amplificentur. Exaudi nos cœlestis pater per Christum dominum nostrum.

Amen.

¶Precatio in aurora petens protectionem domini.

DOmine deus omnipotēs, cui omnia exposita manifestáq; sunt, qui ne passerem quidem sine tua prouidentia in terram cadere permittis, quiq;

quiq; ſuperioribus ætatibus maiores noſtros ſancto tuo ſpiritu dirigebas, Abraanum, Iſaacum, Iacobum in ſemitis viiſq; tuis, & cum iunior. Tobias appararet iter alienas in terras, ducem viæ ſanctum illi angelum præparaſti: concede hodierno die hoc mihi miſero peccatori (quem verbo tuo excitas ad te inuocandum ſi quo tempore ærumnę incidant) vt ſpiritum tuum ſanctum habeam ducem viæ itineriſq; diurni, vt ad diuinam voluntatem mentemq; tuam, proximi ſalutem, & gloriam nominis tui ambulem, qui viuis & regnas ad æternitatem. Amen.

¶Precatio cum ſurgis.

DOmine Iēſu Chriſte qui es clarus mundi ſol, ſemper oriens, nunq̃ occidens, qui ſalubri aſpectu tuo procreas, conſeruas, nutris, exhilaras cœleſtia terreſtriáq; omnia, benignè illuſtra præcor ſpiritum meum, vt nocte peccatorum, & caligine errorum, interno lumine tuo depulcis, omne tempus vitæ ſine offenſione & titubatione,

tione, vt in die decore ambulem, solutus ab omnibus operibus tenebrarum. Cōcede hoc domine, qui viuis & regnas cum patre & spiritu sancto ad ęternitatem. Amen.

¶ Precatio antequam petas lectum.

DOmine qui es vnus deus verus benignus, & misericors, qui præcepisti diligentibus nomen tuum, omnē curam & timorem abiicere, & in te coniicere, qui misericorditer promisisti te futurum ab inimicis protectorem, in periculis refugiū, in die gubernatorem, in tenebris lumen, noctu vigilem & perpetuo excubantem, vt fideles conseruentur, precor abs te per largam atq; inexaustam bonitatem tuam domine vt quicquid in te hodiè admiserim mihi cōdones & in tutelam tuam hac nocte recipias: vt in corporis animiq; tranquillitate requiescam. Oculi mei indormiant, cor vero ad te assidue vigilet, vt ne carnis imbecilitas ad offendēdum dominum

minum impellat tuam erga me bonitatem perpetuo sentiam, vt omni tempore ad laudationem tui exciter, vesperè & mane, meridie & media nocte laus tua in ore meo sit. Instrue me in iudiciis tuis domine vt omni vitæ meæ cursu in sanctitate & puritate transmisso, ad extremum in æternam requiem inducat, quam misericordia tua promisisti obedientibus verbo tuo domine. Cui sit honor, laus, & gloria ad omnem æternitatem. Amen.

¶ Precatio pro fiducia in Deum.

INitium ruinæ hominis, sibi fidere: initium reparationis, sibi diffidere deo confisum. Optime ac sapientissime dux qui vera ac bona fide credẽtes semetipsos tibi, rectissimo compendio deducis ad immortalem beatitudinem fac, vt quemadmodum reipsa cæci sumus atq; inualidissimi, ita & esse nos putemus ne hoc nobis sumamus, vt ipsi nobis velimus prospicere: Hactenus vero videamus,

vt

vt intueamur te vnum hactenus poſsimus, vt te & præcedentem velimus ſequi, & vocantem adire & parere ducenti concredamuſq; nos cunctos tibi vt tu qui ſolus, q̃ eundum ſit noſtri, ea nos deducas via ad vota noſtra, quam nos ſponte noſtra nunq̃ ingrederemur.

¶Precatio pro patientia.

VT tu domine humiliaſti, & afflixiſti me: vix audeo vota mea apud te facere, quia iratus es mihi, ſed merito meo. Peccaui domine, peccaui, fateor, non nego: ſed tu deus meus ignoſce delictis, remitte debita, reſtitue me in gratia tua, obliga vulnera mea, qui a plagis verberibuſq; cæſus ſum. Sed tamē domine, iſta patienter fero, & te obſeruo ſemper, expectans leuationem abs manu tua, & id non ſine cauſa, quoniam recepi ſignum fauoris & gratiæ tuæ erga me, verbū (dico) promiſsione de Chriſto, qui pro me in cruce oblatus eſt, redemptio ſacrificium & pro peccatis meis. Quare iuxta illam tuam promiſſionem

ſionẽ defende me dextera tua, & præbe benignas aures petitionibus meis. Sis mihi præſidium in periculis: quia vana ſunt omnia hominum præſidia. Conculca igitur hoſtes meos potentia tua, qui es ſolus mihi adiutor & protector domine deus omnipotens.

Precatio pro concordia eccleſiæ Chriſti.

EXurge domine vt diſsipentur inimici, & fugiant qui te oderunt, iuſti & Chriſti diſcipuli gaudeãt, & lętentur, cantent tibi laudes & cantiones ſuaues, magnificantiam tuam celebrẽt, & maieſtatem tuam extollant. Creſcat gloria tua & cœleſte regnum Chriſti inter electos dilatetur. Eſto pater populorum, iudex viduarum, & illorum in primis protector quos mundus deſerit, quorum perturbatæ ſunt conſcientiæ, quos propter Chriſtum mundus perſequitur, qui egeni ſunt & miſeriarum pleni. In domo tua habitemus domine in pace & cõcordia, da

nobis idem cor,eūdem animum, eundem verū verbi tui intellectum, aufer vincula tam à conſcientiis, q̄ à corporibus miſerabilium captiuorum, & illorum qui adhuc funibus mortis ſunt circundati,& temere,gratiæ tuæ repugnant. Quam ſitiens domine eſt grex tuus hæreditatis tuæ? Effunde quæſo largiter gratiæ tuæ imbres copioſior vberias accidat,populus ſpiritu tuo cō firmetur. Largire nobis domine verbū tuum copioſe vti multi ſint annunciatores euangelij,qui inter ſeipſos ſanctè conſpirent & cōcordent. Eccleſia tua Chriſti ſponſa,victò Satana multa ſpolia diuidat, Omnes qui in te per Chriſtum credunt, O domine Deus ſalutis te laudibus euehant honorent te, & extollāt. Intrabimus in viam ſalutis,duc nos proſperè in portum,vt per te ab ipſa morte liberati effugiamus,et ad verā vitam veniamus,perfice illud q̄ in nobis incepiſti,fac nos à fide in fidē proficere, ne nos arbitriis noſtris relinquas,arbitrium enim noſtrum lubricū eſt, & procliue ad cadendum. Verbi

tui fulminibus adhibe vim domine, vt tibi ſoli debemus gloriam. Da populo tuo fortitudinem & robur, vt peccato reſiſtãt, & verbo tuo in omnibus obediant. O glorioſiſsimè domine & excellens ſuper omnia. Amen.

Precatio contra inimicos veritatis Chriſti.

ERipe me DOMINE à viris iniquis & abijs qui ſunt duræ ceruicis, quoniam tu vides quomodo in cordibus ſuis cogitant iniquitatem, & quotidie calumniantur. Linguæ eorum magis acutæ ſunt q̃ aculei ſerpentum, & venenum aſpidum ſub labijs eorum. Sed O miſericors domine, cuſtodi me à manibus eorum, ne agant mecum ſecundum deſyderia ſua, Tu ſolus deus meus es, auribus percipe miſerabiles deprecationes meas. Domine qui regis omnia ſimul, qui es preſidij mei robur & defẽſio, eſto mihi tanq̃ galea capiti meo quoties in me iniqui impetum facient. Neq; per-

 mit-

mittas vt impijs ita res suæ succedant, ne sinas peruersas & malignos animos, maiores euadere, & in te contumeliose maledicta dicere. Age domine inopum causam, & libera me ab ista quotidiana molestia. Tunc recto corde & hilari vultu magnificabo nomen tuum sanctum.

¶ Aduersus consilia inimicorum Dei, & diuinæ illius veritatis.

AH Domine Deus fortis, qui cõsilia impiorum, & huius mundi potentes, de terra perdis: sic vt prorsus nullum neq; consilium, neq; robur, æterno tuo consilio queat repugnare. Perage causam tuam, & omnia quæ contra te, & sanctum tuum, destinata sunt, auerte. Successum præbeas in nomine tuo sancto, omnibus non ambulantibus in consilio impiorum, neq; viam peccatorum calcantibus. Defende eos, ne in sede irrisorum cõsideant, qui veritatẽ tuam contumelijs afficientes, impiam suam vitam defendunt. Cõcede eis os sapientiæ tuæ, cui nemo

nemo resistere potest, per quam illi agnoscant te solum Dominum esse, & neminem tibi conferendũ. Per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum. Amen.

¶ Ad Spiritum sanctum.

VEni sancte Spiritus, vnicum solatium afflictorum, spiritus sanctificator & viuificator, verus doctor diuinæ veritatis. O gaudium & exultatio Christo credentium animarum. Reple tuorũ fidelium corda cælesti solatio. Accende intra nos ignem amoris tui, quo exurantur doli, peruicacia, philautia carnis nostrę, ac distribuantur nobis miseris & indignis hominibus oppulenta dona & munera diuinæ gratiæ. Quibus Christum Iesum Dominum Deum nostrum, ac redemptionẽ illius per te agnoscamus, & in Christo nouam & veram vitam instituamus, in ea pergamus, agnoscamus, perseueremus vsque ad finem, liberi ac tuti ab errore citra cognitionẽ Christi, in scientia pietatis coalescamus. Et per te propter illum ad gloriã

Dei abſoluamur & ornemur. Amen.

¶ Ad Spiritum ſanctum.

VEni ſancte Spiritus, vnicũ ſolatium, verus doctor veritatis, & ignis ardẽs diuini amoris, omniũ ſupplicum corda accende, vt inearrabilibus ſuſpirijs orent, & præcibus impetrent, quo agnoſcant Deum patrẽ per Ieſum Chriſtũ in virtute tua, & in hac cognitione ſubinde creſcãt. Quam accenſionem nos Chriſtiani vita conteſtemur. Per eũdem Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Amen.

¶ Pro gratia & miſericordia.

DOmine omnipotens Deus miſerere noſtri. Nam cum nos miſeri nullam excuſationẽ prętendere poſsimus, oramus te Dominum Deum noſtrum ſupplices, vt nos tua gratia & miſericordia digneris, qua gratuitè condonas, & nõ imputas admiſſa ſcelera. Ergo miſericors Deus noſtri miſerearis. Amen.

¶ Pro augmento & conſtantia in vera fide.

Omni-

OMnipotēs ſempiterne Deus, benignißime Dñe ac pater Domini noſtri Ieſu Chriſti vnici ac dilecti filij tui. Nos eramus rebelles & hoſtes tui, peruerſa mente, improbitate, malis operibus, ſed in corpore carnis eiuſdem Chriſti filij tui nos reconciliaſti, & ex tenebris ad lumen admirabile claritatis quæ per fidem vocaſti, quo nos tanquam filios lucis, ſanctos, immaculatos & irreprehēſibiles, conſpectui tuo addictos ſiſteres. Oramus te ſupplices, vt gratiam nobis adaugeas, & paruam hanc ſcintillam fidei virtute diuina in flammam in dies maiorem exuſcites, vt iuſtus tandem ignis fiat, & vt in vera fide ſeruemur, quę augeſcat ſubinde: quo ſtabiles in ſpe ęternæ vitæ, quæ per Euangelium nobis commendatur, vſq; perſeueremus. Per filium tuum Ieſum Chriſtum & Dominum noſtrum.

Amen.

☙ Ad Spiritum, vt corda noſtra ſibi in templum dedicatum inhabitet.

AD te sancte Spiritus, qui es spiritus solatij, veritatis, sanctitatis, veræ scientiæ, & sapientiæ, bonitatis, renouationis & ranascentię, libertatis & obediētiæ, gratię, seriæ precationis & puritatis. Imò pignus & certitudo de bonis cælestibus, à filiis Dei possidendis. Non egeni, carnales, vacui spiritu, labia nostra tibi repandimus, vocem & aures in te pro viribus intendimus: si nihil aliud, certè oculos in cælū attollimus, coram te in genua totum corpus demittimus, humiliter supplicantes, propter Iesum Christum Dominum nostrū, qui te ad donarium omni carni effundendū à patre suo cælesti acquisiuit: ita vt cælestis pater in nomine ipsius, & per eum te mitteret. Propter illum, & in illo, in nobis carnalibus peccatoribus tēplum tibi consecres, carnémque nostrā tua inhabitatione innoues, & cum primogenitis ad spirituale regnum assumas, efficiásque, vt in omni sapientia & prudentia, vnctione & gratia crescamus, per omnes vitæ actiones, per verba, facta, do-

ctri-

ctrinam,ſcientiam,impulſum & obſequium. Quò abſque conſilio tuo nihil ordiamur nec auſpicemur. Exorna corda noſtra tua virtute per Ieſum Chriſtum,qui es pignus Dei viuentis. Adiuua noſtra imperfectionem tua virtute,noſtram imbecillitate ſubfulci, diſtribue te in corda noſtra,& nos tui facias participes , quò dilectio Dei per nos diffundatur. In locum puerorum per te adoptemur, tuo cõfirmemur teſtimonio,obſignatione tua nos eſſe filios Dei pernoſcentes,aditum ex te ſecurum ad Deum patrem cæleſtem habeamus per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

¶Pro fidelibus miniſtris & fructu Euangelij.

MIſericordia,Domine Ieſu Chriſte erga nos te cõmoueat , qui ope alia deſtituti , oues abſque paſtore errantes & diſsipatæ ſumus,& quia meſsis multa,operarij pauci , tu qui Dominus es meſsis,multos fideles operarios in eam faciendam extrudas. Et quos miſſurus es,eos bene currẽtes

tua gratia adiutos, Spiritu ſancto condones, adimpleas, deducas, vt multum fructum ferant, quo in laudē tuam, ad aceruos puri illius ſpiritualis tritici, in horreum credentium manipuli copioſe congregentur. Qui cum Deo patre in vnitate Spiritus ſancti viuis & regnas verus Deus in ſempiternū. Amen.

¶Pro concordia & conſenſu, tum iudicij, tum voluntatum in rebus diuinis.

AEterne ac miſericors Deus, qui es Deus pacis, dilectionis & concordiæ, & non diſsidij & diſcordiæ. Qua diſcordia & opinionum repugnantia, tu de mundo vlciſceris incredulitatem & à te defectionem, ex eo quòd humano ingenio rationem in rebus diuinis conſpirandi quærunt & non ex te, qui ſolus animorum conſenſionē & quietem inſtituis. Nā plerique omnes prudentia ſua connixi, te deſerunt, maximè in rebus ad veritatem diuinam & animarum ſalutem attinentibus. Ideòque meritò in tot ſectas inter ſe dirimuntur,

muntur, atque odiosè digladiantur, vt falſam ſcientiæ perſuaſionem, qua turgent, infamia & ignominia tali notatos, & ad te concordiæ parẽtem reuocares. Nos peccatores qui ex tuo dono illud agnoſcimus; oramus & obſecramus, vt per Spiritum ſanctum in varias ſectas diſperſos, in vnitatem puræ per fidem intelligentiæ cõgreges, diſſipatáſque mentes in vnum corpus redintegres. Potiſſimùm verò nobis largiaris, vt ad veram in Chriſto vnitatẽ anhelantes, vnicam illam tuam æternam veritatem quæramus, ab omni diſparitate diſcedentes, quo in vnam mentẽ, ſentẽtiam & animum vnum coaleſcamus. Quæ fluant ex intelligentia Ieſu Chriſti Domini noſtri, & in illum redeant atque reducãt, vt vnanimi conſenſu, vnòque ore te cæleſtem patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti laudemus, ac prædicemus. Per Ieſum Chriſtum in Spiritu ſancto. Amen.

¶ Pro verè Chriſtiano amore.

Dominè

DOmine omnipotens Deus qui es charitas, & qui manet in charitate, in te manet, & tu in eo, per Iesum Christum. Nos miserabiles homines, clamamus hodie ad te, amarulentò corde, & pro tenuitate nostra studiose precamur, verè Christianam & non fictam charitatem in corda nostra per Spiritum sanctũ diffunde, per quam nos mutuò diligemus, non solùm verbis, sed etiam operibus, quò fidem nostram abundè declaremus, tãquã renati de supernis, ex semine immortali, per verbum Dei viuentis. Adiuua nos Deus & tantum lucis nobis imperij, vt omnem simulatẽ dilectionem, quia nos ipsos spectamus, & falsam ostentationem, quæ non ex puro corde proficiscitur, bene agnoscamus. Ne prætextu dilectionis contra fidem, cõtraq; diuinam tuam veritatem agamus, & sic de vera dilectione, quæ per crucem & sanguinem Christi acquiritur, finaliter elabamur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

¶ In triſtitia, morbis, & aduerſitatibus.

MIſericors Pater, gratiã tuã nobis impertire, & viuidã efficacémque vim Spiritus tui ſancti, vt in multiiuga cruce, paupertate, ægritudine, perſequutione, & afflictione, paternã tuam volũtatem internè & externè agnoſcamus, eundem diuina patientia placidè amplectamur, & iuxta eã alacres, & conſtantes in malis perduremus. Per Ieſum Chriſtum filium tuũ, & Dominum noſtrum. Amen.

¶ In afflictione.

CLementiſsime redemptor, qui ſemper es miſericors, ſemper es ſeruator, ſiue triſtia nobis immittis, ſiue læta. Magna enim miſericordia eſt, dum per externas afflictiones, veluti per amara pharmaca, ſanas hominem interiorem, pérque temporarias moleſtias, præparas nos ad ſempiterna gaudia, quãdoquidem hanc ad veram felicitatem viam ipſe nobis tuis præſignaſti veſtigijs: da vt hunc calicẽ velut abs te porrectũ, patienter & obe-

dienter

dienter ebibam. Sunt hæc quidem naturæ fragili per molestia, sed & tu pro me grauiora passus es, & ego lõgè grauiora merui, qui toties merui gehénã. Nosti tamen humanæ conditionis fragilitatem, eoque veluti clemẽs ille Samaritanus, vulneribus nostris infũdis vinum emordẽs vitia nostra, sed addis oleum tuæ consolationis, quo quæ nobis sunt intolerabilia toleremus. Si visum est addere doloribus, adde & patientiæ dono, velisq; has corporis afflictiones mihi cedere in remissionem delictorum meorum. Aut si tua paterna pietas hac miti castigatione contẽta est, tempestatem hanc excipiat serenitas vt tibi vtroque nomine gratias agam, & quod inutilem famulũ clemẽter emendaris, & quòd afflictionis amaritudinem cõsolationis dulcedine sustuleris, illic rationem habens necessitatis, hîc non immemor nostræ infirmitatis. Tibi laus & gratiarum actio in omne æuum.

Amen.

¶ Apud ægrotum, dum inuisitur.

OMnipotens sempiterne & clemẽtissime Deus, inter multiplices disciplinas & castigationes, quibus ad te nos inuitas, varijs ægrotationibus carnẽ nostram refrenare soles, adẽpta per morbos periculosos eius securitate. Admonésque tum malæ vitæ peractæ, & illius finis, adeoque mortis impendentis, per cruciatus, qui sunt illius ante ambulones, tum extremę diei iudicij tui, & subsecuturæ vitæ æternę, quæ bonis ad gloriam & felicitatem, malis autem ad ignominiam, ac damnationem gehennæ continuabitur. Quarum rerum memoriam, caro sibi permissa nullam admittit Iã verò hunc hominem calamitosum, ob effectã valetudinem lecto affixum, & ferentem seueritatẽ flagelli tui deprehendimus, apud quem peccatorum sensus excitatur, mortisq; imago ob oculos volitat. Idcirco nos miseri, qui eandem horam aduersitatis pro naturę conditione expectamus, vnà cum illo te oramus, & obsecramus, ne summo iure pro eius

meritis,

meritis, cũ eo iudicium experiaris, propter Iesum Christum Dominum nostrum, qui huius ægroti, & nostrã omnium culpã, in cruce luit. Quin potius illi, ceu redempto, gratiã & animi fortitudinem largiaris, qua hanc paternã disciplinã, & visitationem placide admittat, patienter ferat, perfecta obediẽtia volentem & obsequẽtem se percutientis beneuolentię permittat. Opitulare illi in omnibus aduersitatibus, ac tutela illi & propugnaculũ fueris, cõtra instans discrimen, quo iam periclitatur, maxime, si conscientia renudata interiora cordis peccata illum apud te accusabunt, tum acerbissima tormenta & voluntarium sacrificium Christi filij tui in patrocinium oppone, qui nostras infirmitates sustinuit, pœnámq; nobis debitam persoluit, factus pro nobis peccatũ, dum pro nostris peccatis mortem oppeteret, quæ pretioso sanguine suo abluit, quiq; ex mortuis resurgens nostra iustitia, perfectúsq; redemptor factus est. Horum beneficiorum fructum, & vim, per fidẽ sentiat,

hac

hac angustia pressus opem tuam experiatur, & talium beneficiorum, donorúmque in Christo, fructum aliquem, hoc articulo temporis suis delibet. Effice vt vera fide tantũ felicitatis thesaurum, hoc est, remissionem peccatorum propter Christum, qui per ministerium verbi prædicationis quod initio recitauimus & sacramẽtorum vsu, quæ in Ecclesia nobiscum frequentauit, ei etiamnũ exhibetur, auidè ac certò accipiat, in solatium, præsidium, & propugnaculũ, aduersus tumultus grauiter accusantis conscientiæ, & artes cacodæmonis. Sed & ea fides sit ei armatura, qua tutus per mortem in vitã penetret, qua apprehensa in sempiternum fruatur. Eum igitur totum tibi cõmendamus Pater cælestis. Nam quia ægrotus est, tu sanaueris eum: imbecillis est, adiuueris eum: iacet, tu statueris eum: suam impuritatem, & maculas agnoscit, laueris eum: saucius est, medicatus fueris ei: pauidus est, animũ reddideris ei. Et quia omnia nosti, & pro arbitrio conferre potes, exatiaueris eũ:

fame enim & siti valde torquetur. Amplectere, nam ad te rectà confugit, & constantem sibi in obeunda iussa tua eũ efficias. In summa: ignosce omnia, quibus iram acrẽ in se tuam incitauit. Pro morte, vitam ei concede tecum in gloria, & si eius vsus , in vinea tua ex ædificãda in hac mortalitate, & accuratius ad exemplũ Christi conformãdum noueris, eum , sed auctum donis amplioribus conserua Atqui voluntas tua omnino fiat, quę nunquam non est optima. Hęc omnia nobis atq; decumbenti ex morbo homini isti concede, per solum Iesum Christum filium tuũ Dominum nostrum , qui vnus est redemptor & opitulator noster , quique solatium & exemplũ peccatoribus latronem in cruce secum in paradisum perduxit. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti verus Deus in secula seculorum.
Amen.

In graui morbo.

Domine

DOmine Iesu, vnica salus viuentium, æterna vita morientium, tuæ sanctissimæ volũtati me totum submitto tradoque, siue hanc animulam in huius corpusculi domicilio diutius commorari placeat ad tibi seruiendum, siue ex hoc seculo demigrare velis, certus non posse perire quod tuæ misericordię commissum est. Carnem hanc fragilem, ac miseram, æquo deponam animo, videlicet spe resurrectionis, quæ mihi illam reddet multò feliciorẽ. Animam quæso vt aduersus omnia tentamẽta, tua gratia corrobores: contráque omnes sathanæ assultus cinge me scuto tuæ misericordiæ, qua olim martyres tuos, aduersus horrendos cruciatus, ac mortes crudelissimas, inuictos reddidisti. Video quàm nihil in me mihi sit prę̨sidij, in tua inenarrabili bonitate tota est fiducia. Nihil habeo meritorũ aut bonorum operum quod allegem apud te, malorum heu nimis multum video, sed per tuam iustitiam cõfido me in numero iustorum censendũ. Tu mihi natus es, mihi

 sitisti,

ſitiſti, mihi eſuriſti, mihi docuiſti, mihi oraſti, mihi ieiunaſti, mihi tantum bonorum operum in hac vita peregiſti, mihi tam acerba paſſus es, mihi in cruce pretioſam animam tuam in mortem tradidiſti. Proſint mihi nunc quæ ſpõte donaſti, qui te totum mihi donaſti. Tuus ſanguis abluat maculas criminũ meorum, tua iuſtitia tegat iuſtitiã meam. Tua merita me ſupremo iudici cõmendent. Ingraueſcente malo adauge gratiam tuam, ne vacillet in me fides, ne titubet ſpes, ne refrigeſcat charitas, ne terrore mortis deiiciatur humana infirmitas, ſed poſteà quàm mors occuparit oculos corporis, mentis tamen à te non deflectantur: Cúmq; linguæ vſum ademerit, cor tamen inſtanter ad te clamet: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, cui honos & gloria ſine fine. Amen.

¶Precatio eccleſiæ contra peccata. Sapi. xv.

Tu

TV deus noster suauis es, & patiens, & verus, & misericordia describis omnia. Nam si peccauerimus, tui sumus quia magnitudinem tuam agnoscimus: sin non peccauerimus, scimus nos abs te approbari, quia cognitio tui perfecta iustitia est, & cognitio iustitiæ potentiæq; tuæ, radix immortalitatis est.

¶ Precatio regis Asa in tempore belli. ii. Para. xiiij.

DOmine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus. Adiuua nos domine deus noster. In te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Domine deus noster tu es, non præualeat contra te homo.

Amen.

¶ Precatio Manasse regis Iuda. ii. Para. xxxvi.

DOmine deus omnipotens patrũ nostrorum, Abraam, Isaac, & Iacob, & seminis eorũ iusti, qui fecisti cœlum & terram cum omni

ornatu eorum, qui signasti mare verbo præcepti tui, qui cõclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomine tuo, quem omnes pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ, & insustentabilis ira super peccatores comminationis tuæ, immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ, quoniã tu es dominus altissimus super omnem terram, longanimis & multũ misericors, & pœnitẽs super malitiam hominum, excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuẽs abominationes, & multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem domine. Peccaui domine, peccaui, & iniquitatem meam agnosco. Peto, rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi. Ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Et laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum.

iorum. Amen.

¶ Oratio Iiob grauiter afflicti. Iiob.i.

NVdus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Amen.

¶ Precatio Hieremiæ Hiere. xvii.

SAna me domine, & sanabor: saluũ me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Non sis tu mihi formidini spes mea tu in die afflictionis. Cõfundantur qui me persequũtur & non cõfundar ego: paueant illi, & non pauceã ego: Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Amen.

¶ Altera precatio. Hie. xxxi.

CAstigasti me domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me, & conuertar, qui tu dñs deus meus, postq̃ enim

conuertisti me, egi pœnitentiam, & postq̃ ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

¶Precatio Salomonis pro moderato victu. Prouer. xxx.

DVo rogaui te, ne denegas mihi anteq̃ moriar. Vanitatem & verba mendacij longè fac à me: mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. Tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad te negandum, & dicam: Quis est dominus: aut egestate compulsus furer & periurem nomen dei mei. Amen.

¶Precatio pro obtinenda sapientia: Sapien. ix.

DEus patrum meorum, & domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi sedium tuarum assistricem sapien-

pientiam, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilũ computabitur. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, & sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia & intelligit, deducet me in operibus meis sobrie, custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea.

Amen.

¶Precatio Iesu filij Sirach. Ecclesi. vltimo.

COnfitebor tibi domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meũ à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in conspectu astãtium factus es mihi adiutor.

 iutor.

iutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escã de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circũdederunt me, à pressura flammæ quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ quæ à sæculo sunt, quoniam eruis sustinentes te domine: & liberas eos de manibus gentium. Exaltaui super terram orationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum. Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis

tionis meæ : & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum aßiduè, & collaudabo illud in confeßione : & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione: & eruisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi: & benedicam nomini Domini.
Cum adhuc iunior sum, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam palam in oratione mea.
Ante templum postulabam pro illa, & vsque in nouißimis inquiram eam: & florebit tanquam præcox vua.
Lætatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum: à iuuentute mea inuestigabam eam.
Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam. Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea.
Danti mihi sapientiam, dabo gloriam Consiliatus sum enim, vt facerem illā: zelatus sum bonum, & nō confundar.
Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.
Manus

Manus meas extendi in altum: & in sapientia eius luxit anima mea: & ignorantias meas illuminauit. Animã meam direxi ad illam & in agnitione inueni eam. Possedisti cum ipsa cor ab initio, propter hoc non derelinquar: venter meus conturbatus est quærendo illam, propterea bonam possidebo possessionem. Dedit enim mihi dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. Appropriate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retardatis? Et quid dicitis in his: animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os meum, & locutus sum. Comparate vobis sine argento sapientiam, & collum vestrum subiicite iugo eius, & suscipiat anima vestra disciplinã. In proximo est enim inuenire eã. Videte oculis vestris, quia modicũ laboraui, & inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non cõfundamini in laude ipsius. Operamini opus

opus vestrum ante tempus: & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

¶Precatio pro annunciando verbum domini confidenter. Actu. iiij.

DOmine, tu es deus, qui fæcisti cœlum ac terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui per os Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterũt reges terræ & principes conuenerũt in vnũ, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerũt enim verè aduersus sanctum filiũ tuum Iesum, quẽ vnxeras, Herodes simul & Pontius Pilatus cum gẽtibus & populis Israel, ad faciendũ quæcunq; manus tua, & consilium tuum prius decreuerat, vt fieret. Et nunc domine aspice in minas eorũ: & da seruis tuis, vt cum omni fiducia loquantur sermonem tuum, manum tuam porrigendo in hoc, vt sanatio, & signa, & prodigia ædantur per nomen sancti filij tui Iesu. Amen.

Precatio

¶Precatio pro bona fama conseruanda.

SApiens ille, qui tibi à secretis fuit (pater cœlestis) docuit honestam famam thesaurum esse preciosum iis verbis: melius est habere nomen bonum quam vnguenta preciosa, hanc verò rem tam bonam, támque excellentem, neque comparare, neque retinere sine tuo adiumento, præsidiòque possimus: bonæ verò famæ caput reuera, fonsque est vita inculpata. Hoc igitur in primis rogamus & emendicamus abs te domine omnipotens. Et quoniam persæpe innocentia, vitáque inculpata, neque satis per se valent, neque satis firmum scutū, & præsidium sunt aduersus eos, qui sub labiis suis venenum serpentum gestant: & fere plerū̃mque quando cum fidis amicis nos esse arbitramur, cum Ezechiele inter scorpiones, & venenata animalia habitamus: cum sancto propheta clamamus: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Quod si hoc benignitati tuæ

videatur

videatur vt famulos tuos hac afflictione exerceas, quo possint meli⁹ ad pietatem religionémque adduci: concede quæsumus, vt cum Paulo fortissimo Athleta tuo per ignominiam & gloriam, per infamiam & bonam famam, in mãdatis tuis per Iesum Christum permaneamus, qui quando hic in terris ambularat, conuitijs, ignominiis, maledictis incessebatur, exagitabantur vt Samaritanus, vini potor, seductor populi, demonium habens: qui nunc tecum in gloria simul regnat cum spiritu sancto. Amen.

¶ Precatio contra curam mundanam.

BEnignissime & indulgentissime pater defẽsor noster & nutritor, imbue nos gratia tua, vt cæcitate mentium nostrarum, & huius mundi cura reiecta, omne studium curámque nostram in mandatis tuis conseruãdis ponam⁹, & vt sine cura quasi volucres cœli & lilia agri laborẽ, industriámq;

susci-

ſuſcipiamus, quia tu promiſiſti recuraturum pro nobis, & præcepiſti, vt omnem curam noſtram in te coniiceremus, qui viuis & regnas ad æternitatem. Amen.

¶ Precatio contra ſuperbiam & libidinem. Eccl. xxiii.



Omine pater & deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorũ. Extollentiam oculorũ meorum ne dederis mihi: & omne deſiderium auerte à me. Aufer à me ventris cõcupiſcentias, & concubitus concupiſcẽtiæ ne apprehendãt me, & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me.

Alia Precatio contra ſuperbiam.

DOmine Ieſu Chriſte in ſumma potentia mitiſsimè, in ſumma excellentia humaniſsimè, immò verò voluntate tua humillime, eã mentem, ſpirtúmq; largire, vt imbecillitatem meam agnoſcam fermentatã malitia

litia atque infectam: vt qui nullam habeo gloriã di causam, tuo exemplo humilis mitísque fiam. Humana omnia incerta sunt, ad breuem vsum cõcessa. Corpus caducum, fragile, sordidum, mens cæca, & peruersa quicquid habeo meũ, malũm est: quicquid habeo bonum, dei est, & non meum. Hanc igitur imbecillitatem agnoscens, quur meipsum magnifacerem? Precipuè verò cum tu domine cœli & terræ, quando in admirabili excellentia eras, teipsum ad infimam hominum conditionem abieceris, concede mihi verã humilitatem, vt ad veram gloriam extolli possim: qui viuis & regnas cum patre & spiritu sancto ad omnem æternitatem. Amen.

¶ Precatio contra inuidiam.

DOmine inuentor, factórq; omnium, dispẽsatórque donorum tuorum, qui largissima beneficentia tua diuidis, tribuendo vnicuíq; plus quàm pro meritis: singulis tamen satis, vt nullam habeamus indignationis aut inuidiæ causam, cum tu de tuo

des omnibus, etiam iis, qui non commeriti ſunt & vnicuique ſufficiēter ad cœleſtem beatitudinem: concede vt nequaquam inuidioſi ſed iudicio tuo, & donorum tuorum beneficiorúmq; diſpoſitione contenti ſimus. Concede nobis, vt grati ſimus pro iis quæ accipimus, neq; ſecrete nobiſcū contra iudicium tuum, ſanctamque in collocādis gratuitis beneficiis voluntatē murmuremus ſed potius amemus, laudemuſque liberalem beneficentiā tuam, cum in cæteris, tum in nobis ipſis, & ſemper te domine fontem bonorū omniū bonitatiſque magnifaciamus. Tibi gloria ad æternitatem. Amen.

¶ Contra Iram.

DOmine Ieſu Chriſte, qui dixeras vnumquémque iraſcentem fratri ſuo, reum eſſe iudicij. quique ſecreto tuo iuſtóque iudicio omnem vindictā vltionémque aſsiduè reſeruas: per immenſam miſericordiam tuam largire nobis, vt nulla ratione in aliquam intemperiem ira, & cupiditate vlciſcendi dilabamur, ſed perpetuò

non

non ſolum diuinum præceptum tuum quod præcipit, vt beneficiamus iis qui oderunt nos. & rogemus pro iis, qui malè de nobis loquuntur: memoria teneamus, ſed etiam ſancti exempli tui recordemur, qui pro crudeliter cruci affligentibus te, precabaris. Tibi cum patre, & ſpiritu ſancto ſit ſempiterna gloria. Amen.

¶ In rebus aduerſis.

DOmine deus ſine cuius voluntate ne paſſer quidem in terram cadit, quum voluntate permiſsionéque tua in hac miſeria & calamitate ſim: cum me iis ærumnis adfligas non ad deſtruendum protinus & abiiciendũ, ſed ad ſeruandum & ad pœnitentiam reuocandum, quem enim diligis hunc caſtigas: cum res aduerſæ & perturbatæ efficiant patientiam, & qui perturbationem aliquam patienter fert, hic ſimilis efficitur capiti & ſeruatori noſtro Chriſto. Cũ deniq; in omni miſeria & ærũnis (quia præcipis vt inuocarem te tempore tribulationis, & pollicitus es te auditurũ adiuturúmq; me)

certò persuasus sim de cõsolatione abs te recipienda· concede omnipotẽs deus & misericors pater, vt in omnibus rerum moribus ac perturbatiõibus sine ægritudine animi ac murmuratione, sine examinatione & desperatiõe, quieti simus ad laudandum & magnificandum te, ad vniuersam spem fiduciámq; nostram in te collocandã, quia tu nunq̄ deseris fidẽtes tibi, sed ad optimum conuertis omnia iis qui diligũt te, & quærunt gloriam sancti nominis tui. Tibi gloria ad æternitatem.

Amen.

¶ In rebus prosperis.

GRatias ago tibi deus omnipotens, qui non solum donis naturæ me imbuisti, ratione, potentia, viribus: sed copiosè facultates huius mundi largitus es. Hæc ego confiteor domine tua esse dona, & cum sãcto Iacobo agnosco nullũ perfectum, nullum bonum donum esse, quod nõ abs te descendat (pater lumi-

num, qui das affluenter & nemini exprobras. Cõfitebor cum propheta Aggæo, aurum tuum tuum esse, argentum tuum esse, te ea quibus tibi volupe est dare: pijs, vt dispensatores diuisoresq; illorũ sint: impijs vero, ad illorũ damnationem accruandam atq; accumulandam. Quamobrem benignissime pater, humillime obsecro, & rogo abs te vt sancto tuo spiritu formes in me fidele cor, manúmq; paratam ad diuina dona secundũ placitum, voluntatémq; tuam distribuenda: vt ne hic accumulem vbi fures diripiunt, & tineæ exedunt, sed accruem thesauros in cœlesti regno tuo, vbi neque fur expilat, neque tinea exedit, ad consolationem meam, quæ pro misericordia tua te compensaturum promisisti, ad humiliũ & infirmorum in ecclesia tua consolationem, & ad nominis tuis gloriam. Cui cum filio & spiritu sancto sit omnis honor & laus ad omnem æternitatem Amen.

¶Fructuosa precatio quouis tempore dicenda.

MIsericors deus, concede, vt quæ tibi placita sunt, feruenti animo ea cupiam, sapienter inquiram, verè cognoscam perfectè impleã, ad nominis tui laudem & gloriam. Guberna vitam meam, vt ea faciã quæ tu requiris: da gratiam, vt ea obtineam quæ animæ meæ sunt aptissima: bone domine viam meam rectam stabilemq; facito, vt neq; rebus in prosperis aut aduersis cadam, sed prosperis in rebus agam gratias, & aduersis in rebus patientia muniar: vt neq; alteris efferar, nec alteris deprimar: vt nulla relætter, quæ non me ad te excitet: neq; vllis rebus angar, nisi quæ me auertunt abs te: vt nemini preter te placere studeã: nec vlli præter te displicere formidem: humana quæso domine omnia propter te vilescant, ne q; vlla letitia absq; te exhilarer, neq; præter te quicq̃ concupiscã. Labor qui pro te suscipitur, me delectet, cætera omnia fatigent me quæ nõ sunt in te. Fac me semper ad te cor leuare: & vbi cecidero, effice vt de te iterum cogitem & firmo emẽdandi pro-

posito

posito indoleã. De⁹ meus, fac me sine calliditate humilẽ: sine leuitate hilarẽ: sine diffidẽtia tristẽ: sine stupiditate sobriũ: sine simulatione verũ: sine desperatiõe timentẽ tui: sine præsũptione fidentem tibi: proximi delicta sine dissimulatione narrantem, verbo & exemplo illos sine irrisione docentem, sine altercatione obediẽtem, sine murmure patientem, sine corruptione purum. Benignissime domine deus, da cor mihi ità peruigil, vt nulla me curiosa cogitatio abs te abstrahat: ita corroboratum, vt nulla animi affectio me depellat: ita stabile, vt nullæ illud res aduersæ frãgant. Domine mi da mihi intelligentiam ad cognoscendum te, diligẽtiam ad quærẽdum te, consuetudinem vitæ ad placendum tibi spem denique ad complectendum te propter preciosum sanguinem immaculati agni vnici seruatoris Iesu Christi. Cui cum patre & spiritu sancto tribus personis & vni deo, omnis honor & gloria ad omnem æternitatem. Amen.

¶Deuota oratio ad Iesum Christum.

O Bone Iesu, O dulcis Iesu, O Iesu, fili Mariæ virginis, plene misericordia & veritate. O dulcis Iesu, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. O benigne Iesu, deprecor te, per illum sanguinem preciosum, quem pro nobis peccatoribus effundere dignatus es in ara crucis, vt abiicias omnes iniquitates meas, & ne despicias me humiliter te petentem, & hoc nomen tuũ sanctissimũ Iesum inuocantẽ. Hoc nomẽ Iesus, nomen dulce est: hoc nomẽ Iesus, nomẽ salutare. Quid enĩ est Iesus, nisi saluator? O bone Iesu qui me creasti & redemisti tuo precioso sãguine, ne permittas me dãnari quem tu ex nihilo creasti. O bone Iesu ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O bone Iesu recognosce quod tuum est in me, & absterge quod alienum est, à me. O bone Iesu miserere mei dum tẽpus est miserẽdi, ne perdas me in tempore tui tremendi iudicij. O bone Iesu, si merui miser peccator de vera tua iustitia pœnam

nam æternam pro peccatis meis grauissimis: tamé appello à tua iustitia vera, ad tuam misericordiam ineffabilé: misereberis mei, vt pius pater & misericors dominus. O bone Iesu, quæ vtilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem? Non enim mortui laudabunt te, neq; omnes qui descendunt in infernum. O misericordissime Iesu, miserere mei. O dulcissime Iesu, libera me. O pijssime Iesu, propitius esto mihi peccatori. O Iesu admitte me miserum peccatorem inter numerum electorum tuorum. O Iesu salus in te credentium miserere mei. O Iesu dulcis remissio omnium peccatorum meorum. O Iesu fili virginis Mariæ infunde in me gratiam tuam, sapiétiam, charitatem, castitatem, & humilitaté, ac etiá in omnibus aduersitatibus meis sapientiam sanctam, vt possim te perfectè diligere & in te gloriari ac delectari in sæcula sæculorum. Amen.

¶Precatio dicenda in hora mortis.

Domi-

DOmine Iesu, qui es vnica salus viuentium, vita æterna omnium in fida tua morientium. Ego miser peccator totum me tuæ sanctæ voluntati trado, & submitto: & cum certò confidam illud perire non posse, quod misericordiæ tuæ commendatum est voluntariè nunc fragilem: & miseram carnē spe resurrectionis relinquo, quæ lōgè melius mihi eam iterum restituet. Obsecro te misericordissime domine IESV Christe, vt gratia tua animam meam contra omnes tentationes corrobores, & vt scuto misericordiæ tuæ contrà omnes insultus diaboli tegas, & munias. Video, & agnosco nullam in me spem salutis: sed omnem spem, & fiduciam in tua misericordi bonitate colloco. Nulla merita, nulla bona opera habeo, quæ coram te expromere possim: peccatorum verò & flagitiosorum scelerū ôh magnam cerno vim: sed misericordia tua spero me in illorum esse numero, quibus tu non imputabis peccata, sed pro iustis habebis & pro hæredibus vitæ æternæ.

Tu

Tu misericors mea causa natꝰ, mea cau
sa tamē sitimq; perpessus es, mea causa
concionatus es, docuisti, precatꝰ es, ie-
iunasti, mea causa oīa opera bona ope-
ratus es mea causa grauissimas pœnas
tormētáque sustinuisti, mea causa præ-
ciosissimum corpus interficiendum,
sanguinémque tuum profundendum
in cruce dedisti. Nunc verò misericor-
dissime seruator, omnia hæc prosint
mihi quæ tu gratis donasti mihi qui
pro me teipsum donasti, sanguis tuus
omnium peccatorum meorum sor-
des, maculasque diluat: iustitia tua me-
am iniustitiam regat & occultet: meri-
ta passionis sanguinisque tui, sint pec-
catorum meorum satisfactio.

Da mihi Domine gratiam tuam, vt fi-
des mea salúsque in sāguine tuo in me
non vacillet: sed firma semper, stabilís-
que sit, vt spes misericordiæ tuæ vi-
tæque æternæ nunquam in me defici-
ant: vt charitas in me nunquàm frige-
scat: vt infirmitas denique carnis meæ
timore mortis non superetur. Con-
cede mihi misericors seruator, vt vbi

mors oculos corpori concluserit, oculi tamen mentis perpetuò in te intueantur: vt cum mors linguæ sermonisque vsum præripuerit: cor tamen ad te clamet, & vociferetur: In manus tuas domine commēdo spiritum meum. Domine Iesu accipe spiritum meum. Amen.

¶ Generalis confessio peccatorum.

DOmine Iesu Christe, qui solus es medicus ægrotarum animarum, internorū maximè morborum, & curator sauciæ conscientiæ, & qui in plenitudine temporū in terram venisti non ad vocandum iustos sed peccatores, vt per pœnitentiā, tum nouitatem tum renascentiam acquirerent: Nos miseri peccatores quibus stimulo peccati mortiferum vulnus illatum est, in cōspectum tuum hodie prodimus, freti indicibili bonitate tua & amore erga nos. Cuiusmodi omnē superat scientiā, quo te in acerbum supplicium crucis pro humano genere obtulisti. O cœleste propitiatorium, in oculos tuos exponimus cor nostrū peccatis

catis infectum, malitiosum, præputio peccati deturpatum, plenum hulceribus & sanie internorum ac latentium vitiorum, plenum incredulitatis, amore sui, inobedientię, rebellionis contra optimam tuam voluntatem: plenum contemptus spiritualium & cœlestium bonorum omnium, adlubescentiæ ac studij huius mundi, comprobationis morum, consuetudinum, consiliorum, factorum illius, quamuis in oculis tuis inique esse norimus: plenum anxiæ curæ de præsenti vita, de hoc tempore, de carne mortali, de donis tuis quæ vtenda pro diuitiis bonitatis tuæ concedis. Quibus adeo absorpti, addictiq; sum⁹, vt ad te & ad res tibi gratas animũ frigidiùs atque ægrè adhibeamus. Quin illorum respectu, facile spiritualium bonorum & donorũ obliuionẽ capimus, adeò vt esse in nobis lucẽ putem⁹, quod est cæcitas: esse scientiã, qđ error esse spiritũ, quod est opinio: & diuinã æternãq; veritatẽ esse, quod est cordis nostri idololatria. Nã veras illas blasphemias præfractè defẽdim⁹, neq; vlla

in te

in rein oculis tuis iniusti videri volumus, & refugimus ab illo quod veram vitam promouet, amplectimur ex aduerso quod nos ab ea in dies magis & magis auertit. Frigidi sumus absq; Spiritu sācto, absque interiore pace, absq; gaudio, iustitia, sapiētia diuina, absque vera humilitate, omni timore & terroribus cōsciētiæ: de tuo venturo iudicio & sententia, qui iudex es viuorum & mortuorum. Nostrum studium, voluptas & gaudiū situm est in operibus tenebrarū & mortis: ex aduerso tædiū cruciatus & mœror in luce ac vita.

Cōplacemus nobis in mēdacio, aspernamur diuinam veritatem, quæ tu Domine ipse es. Nos nostrumq; honorem quærimus, intra nos iactabundi: gloriā tuā contemnimus, ingratissimi de eximiis beneficiis in nos collatis abundāter. Cor nostrū vacuum est charitate, misericordia, cōmiseratione erga proximum nostræ opis indigum.

Fatemur quoque nos culpabiles in variis & furiosissimis concupiscentiis malorum, in cogitationibus prauis infinitis,

finitis,& illarum aſſenſionibus , atque in amarulento iſto noſtro faſtidio ad ea quæ bona grataq; tibi ſunt In ſumma,quia caro & ſanguis ſumus , fatemur cor,animum,mentē,conſilia omnia noſtra ,ſecūdum impuram viā carnis inimicitias gerere tū Dei, tum bonorum ſpiritualium ac cæleſtium.

Agnoſcimus nos culpabiles ex omnibus fructib⁹ malitioſi cordis noſtri, quicūque interioris veneni ſucco prodire ſolent, etſi nondum in opus in me eruperint . Sic nos in hac diſpenſatione agens teſtatus es . Ex internis, hoc eſt,ex cordis latebris proficiſcuntur cogitationes malæ,adulteria ,ſcortationes,parricidia,furta,auaricia,mēdacia,doli, intemperantiæ, inuidus oculus,iurgia, contumeliæ,ſuperbia, & alia infinita ſtultitia qua nos homines inquinamur.

Non poſsimus verè negare,nos non eſſe plenos omni iniuſtitia, maleuolētia,iracundia, arrogātia ,iniquitate appetentia vindictæ etiam de illis ſumēdæ qui nos minimè offenderint.

Sed

Sed & facilè irritabiles, detractores, cu-
ram ventris agentes, & eiusdem serui
sumus assidui, ad illius voluptates pro-
sequendas, flagelli paterni impatiẽtes,
sordidè parci, excusatores scelerum: in
obsequendo tibi Deo, & in obseruan-
do proximo, vehementer tardi ac ne-
gligentes.

Ah Domine Iesu Christe, hanc vni-
uersam arborẽ putrem tibi exhibem',
cum suis radicibus, trunco, ramis, sur-
culis, & fructibus, hoc est, cor nostrum
impeditũ per interiores cogitationes,
per concupiscentias variegatum, per
externos sermones & opera defœda-
tum. Quare pro tenuitate nostra pre-
camur, vt cor nostrum lapideum mise-
ricordia tua circũcidas, pro vetere no-
uum hominem nobis induas, nouo spi
ritu condones, rore cælestis gratiæ &
aquis spiritualibus irriges, vt interioris
veneni succus ex carne hac exiccetur,
& cursus veteris hominis intercipia-
tur, ne cor nostrum spinas & tribulos
igni inextinguibili comburendos per-
petuò ferat, sed potiùs ferat fructus spi-

rituales, in iustitia & sanctitate, ad vitam æternam.

Memor esto Domine Iesu, te in carne absque peccato agentem, peccatum omnis carnis deleuisse: Asperge nos sanguine tuo pretioso, quem pro peccatis nostris largiter effudisti, ne nobis imputarentur. Aspice amorem tuũ infinitum, ex quo pro nobis peccatũ factus es, vt per te iustitia Deo fieremus, per nomen tuum sanctificatum.

Domine laua & renoua nos per spiritum sanctum, vt per dona, virtutem & opẽ illius reddamur idonei ad præstandum beneplacitum tuum, vt parati simus ad omnia bona opera, & vt ad laudem tuam sine intermissione in illis ambulemus, vt post hac in veris, legitimis, honestis rebus quæ decent, & quæ in oculis tuis proba sint, finaliter deprehendamur, ad præconium eximiæ bonitatis ac beneficẽtiæ tuæ. Tu vnicus filius Dei es Dñe Iesu Christe, qui cum Deo patre cælesti in vnitate Spirit^9 sãcti viuis & regnas verus Deus in omnem æternitatem. Amen.

¶Precatio contra diabolum.

DOmine IESV Christe qui per os sancti Petri Apostoli verissimè dixeras, aduersarium nostrum diabolum quasi leonem rugientem circuire quærentem quem deuoret, operosus enim est & impetuosus, & irrumpit in nos ita, vt nisi tu adiuues facilè deceperit nos astutia sua, interuerterit nos potẽtia, & crudelitate sua discerpserit nos, quodsi tu semel qui illum superaueras, vel eminus apparueris facilè illum perterrefacies, & vnico aspectu fugam conuertes, dignare domine in defẽsionem tuam nos recipere infantes adhuc imbecillos, debiles, imperitos ne impetuosa, crudelisque bestia nos discerpat ac dilaniet.

Prę nobis ferimus in hac pugna nostra crucem, vexillum tuũ, crucem, triumphum tuum, crucem, victoriam tuam, vt inimicus noster certò intelligat nos tuo consilio, auxilio, præsidio, nostras res gerere. Tibi gloria ad æternitatem.

Amen.

Pro

¶ Pro alterius vitæ cupiditate.

ANimæ obſcuris, teterque carcer hoc corpus eſt, exilium quaſi, & amandatio hic mūdus, cura tantum & miſeria vita noſtra eſt, vbi tu es domine, ibi vera patria libertas, ſempiterna fœlicitas. Excita interim mentes noſtras ad tantam fœlicitatem animo repetendam. Affunde cordibus noſtris præcioſarū & expetēdarum rerum omnium cupiditatem. Da mentibus noſtris quietē, & cōcede, vt aliquem guſtum æternarum fœlicitatum habeamus, vt res humanæ omnes ſordidæ nauſeabundéq; videantur, quas nunc tam laborioſe inquirimus, tam cupide complectimur, tam firmiter retinemus, vt has acerbas inquinatáſque res fugiamus & repudiemus, dulcedinem conſuetudinis tuæ ardenter concupiſcamus, qua bonitas omnis continetur. Tibi gloria ad æternitatem.

Amen.

¶Quum adeunda est Schola.

Ex Psalmo. 119.

IN QVO instituet adolescẽs viã suã? Si prudenter se gerat iuxta sermones tuos.

EX animo te exquisiui, ne sinas me aberrare à præceptis tuis.

DOMINE qui fons es sapientiæ omnis & doctrinæ: quando pro singulari tua bonitate, hoc mihi præstas, vt bonis artibus imbuatur hæc mea pueritia, quæ mihi ad sanctè honestéq; viuendum sint adiumento: mentẽ quoq; meã, quæ cæcitate alioqui laborat, illustrando, simul effice, vt ad percipiẽdam doctrinam sim idoneus: memoriã meam confirma, vt quod didicero, fideliter hæreat: cor denique meum guberna, vt ad proficiendum voluntarius atque etiam auidus accedam, ne mihi hæc quam tu nunc concedis, facultas, mea ignauia pereat. Proinde Spiritum in me tuum infunde: Spiritum, inquã intelligentiæ, veritatis, iudicij, ac prudentiæ: ne successu studium meum careat, & irritus sit erga me magistri labor.

bor. Porrò quodcunque studij genus suscipiam, fac vt illud in rectum finem destinare meminero: nempe, vt te in Christo Filio tuo cognoscã. Atque ita quicquid addiscam, mihi sit ad rectam pietatis regulam adminiculo. Adhæc quando paruulos & humiles, sapiẽtiæ: rectos corde, notitia tui, illustraturum te promittis: superbos verò & improbos deiecturum te denũtias, vt in sensu suo euanescãt: peto vt me ad veram humilitatem formare velis, qua me tibi primùm, deinde etiam iis qui mihi tua authoritate præsunt, docilẽ & obsequentem exhibeam: simul vt cordi meo, euulsis inde vitiosis cupiditatib⁹, serium quærendi tui desyderiũ insculpas. Hic denique mihi vnus sit propositus finis, me sic comparare in hac tenera ætate, vt cùm adoleuero, ad quodcunque vitæ genus me vocaueris, in eo tibi seruiam.

¶ Communis gratiarum actio pro cognitione donorum Dei accepta.

NOs miseri & egeni homines Domine Deus oīpotens, tuis benefactis infinitis ad prædicandam bonitatem tuam inuitamur. Ad quam rem nunquam non accincti esse debemus, quia beneficia perpetuò accipiētes pro illis habere gratias perpetuas, celebraréque nomen tuum indesinenter decet. Verùm hodie, quia in vnā ecclesiam conuenimus, palàm & liberè profitemur, te nobis indignis per meram misericordiam diuitémque tuam bonitatem, bona tua tam largiter impartiri, vt nos accipere & gratias agere, quàm te dare, & ad dandum prouocare citius pigeat, adeoque adobruti mole beneficiorum, obliuionem illorū cœpisse profitemur. Ergo Domine Deus omnipotens, tuam largitatem, & in nos benefacta quæ accepimus, cùm ignoremus, tibi qui nosti omnia, & illorum numerum, modum & vim perspectam habes, nos, nostráque omnia liberè permittimus, & agnoscimus, tā ex bonitate tua nos esse, quàm cæteris huius vitæ commodis, ad futuram cōsequen-

ſequendā adiumentis ex tuo vnius dono perfrui. Pro cumulo tantę benignitatis in nos exhibitæ quantùm poſſumus habemus gratiam, te veneramur, te glorificamus, illud ſupplices orantes, vt ad capienda quæ ſuper ſunt munera tua, corda noſtra quotidie appares, nos capaces & illis dignos reddas, gratum de acceptis, ſolidéque fidetem animum largiaris, quò beneficiorum tuorū iugem teneamus memoriam abſque interpolatione obliuionis.

Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum in Spiritu ſancto, ad æternam gloriam tuæ maieſtatis in æuum. Amen.

FINIS.



Hic liber mihi attinet
scilicet Nicolaio Nethersole
testem si quis querit
Hoc signum meum erit



LONDINI ex officina
VVilhelmi Seres
typographi.

Cum Priuilegio ad imprimendum solum.

1560.